

ALVEARE.

MÉHKAS.

Fundit cum nectare lucem.



Méhek' gondja viaszt fog majd ide hordani 's mézet :
Egye világít az ; hasznosan édes emez.

I.


Cum Ephemeridibus Posoniensibus
edit
Paulus Kováts.

POSONII,
TYPIS HAEREDUM BELNAY.
1837.

306.975

Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis
Mores, et studia, et populos, et proelia dicam.
In tenui labor; at tenuis non gloria, si quem
Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo!

Virg. Georg. IV.



PROGRAMA.


Dulcia mella premes; nec tantum dulcia, quantum
Et liquida et durum BACHI domitura saporem;
Virg. Georg. IV.

Ephemerides in severum quodpiam systema redigere indeoles earumdem prohibet, quemadmodum hoc infinita jam periodica Scripta omni cura, labore et ingenio, nec minore peritia edita satis docent. — In politicis Paginis caput quoddam sive principium systematis constituere potest illa regula, ut omnia, quae ad modernam historiam illustrandam spectant, ita colligantur, ut ad plenam cognitionem ejus nihil, vel parum desideretur; et hoc etiam nostrae Paginae praestare semper adnitezantur. Synchronisticum etiam ordinem, quantum varia locorum et fontium, unde relationes hauriuntur, interyalla, concisaque per phliyras et breves temporum periodos eas communicandi ratio admiserant, observare conabantur. — Caetera tamen, quae partium studia praeserunt, et animum in certa, nescio quae, consilia praeoccupatum produnt, quem sentiendi et scribendi modum alii methodum alii colorem Paginarum vocant, a nobis,

1 *



historicas duntaxat veritates non factionum studia sequentibus, aliena semper erunt; Lectoribus plena judicandi libertate reicta, id summo opere curabimus, ut in communicandis quam plurimis memoria dignis eventibus fidelissime versemur. Ne itaque phylarum numero constricti, ab implendo hoc communis nostro, et benevolorum Lectorum desiderio prohibeamur, Ephemerides nostras — amica doctorum virorum ope atque opera, ut spes est, adjuti — quemadmodum olim factum fuerat, Appendicibus frequentioribus, serie magis continua ditabimus; cumve longe maximus Lectorum numerus ipsaque indoles Paginarum exposcere videatur, saepissime jam idcirco interpellati, ita omnem scribendi rationem partiemur, ut retenta ipsarum Ephemeridum priori forma, politicas relationes, quin aliis heterogeneis argumentis filum turbare contingat, ad eas porro reservemus; ecclesiasticas vero et alias doctas elucubrationes, quae ad scopum nostrum in Nuncio indicatum valent: „quae, scilicet gloriam Dei et ejus Ecclesiae florem respiciunt, quae fidelitatem in Terra Principem, et instituta patria confirmant vel augent, quae religionis, morum, legumque sanctimoniam procurant, quae Magistratum, — ecclesiasticorum et civili- um, — auctoritatem fulciunt, quae succrescentis sobolis probam educationem adjuvant, quae saniora principia in omni ge-



„nere, spiritumque amantiorum pacis et trans-
 „quillitatis, justitiae item ac ordinis, tum
 „vero disciplinae rationalis patientiorem pro-
 „gignere solent, aut quae apud Superiores
 „constantiam, et in arduis — hoc in primis
 „tempore — munera partibus explendis for-
 „titudinem corroborant“, ad Appendicem,
 cui nomen „Alveare“ — et quia patriae et-
 iam linguae usus capietur, — „Méhkas“ no-
 men indere placuit, collecturi et per integras
 aut medias phylaras edituri simus. — Hac
 ratione Ephemerides magis curiositati, Al-
 veare autem intellectui praecipue alimenta
 ministrabunt; illae novarum rerum in gene-
 re, hoc communis utilitatis cognitionum pe-
 num constituent.

Faxint Superi, ut conatus nostri pluri-
 mos sautores, obtrectatores autem nullos
 nanciscantur, ac felici eventu coronentur; ut-
 que ea, quae duo laureati Poetae *) notri
 classice quidem, sed benevolo duntaxat au-
 gurio, multumque amicis in nos studiis prae-
 ceperant, aliqua saltem ex parte laetum sor-
 tiantur effectum.

*) RR.D.Car. Döme, Can. Lector V. Colleg. Cap. hu-
 jatis; et A.R. ac Cl. D. Bernardinus Takács, Ord.
 S. Benedicti Professor Poëseos, ambo operibus
 clari; ille hungarice in titulo Alvearis nostri, hic
 latine ibi et in his versibus:
 „Dulcia ab alveari funduntur munera mellis,“
 „Flavaque luciferas cera datura faces:“
 „Aurea, qui nostros avida bibet aure libellos,“
 „Lumina cum puris hauriet ille favis.“

Restat, ut pro iis Alvearis nostri Apibus, quae strenua opera „liquido distendent nectare cellas“ argumentorum ad Alveare hoc recipiendorum seriem singulatim brevibus indigitemus :

1) Eventuum domi in Dioecesibus vel apud exterios memorabilium, Statum Ecclesiasticum proprius concernentium, relationes; majorum item ac riorum solennitatum descriptiones; beneficorum institutorum, ipsorumque singularium beneficiorum, quae velut praeclara exempla ad imitandum excitare solent, adumbrationes, nec non Statutorum scitu utilium communicationes;

2) Elucubrationes aut dissertationes, quae probos mores, virtutes vel etiam singulares actiones laudabiles illustrant, quae ad fidelitatem in Terrae Principem ac Patriam, ad amorem proximi, pacem ac tranquillitatem hortantur, ad veram vitae sapientiam ducunt, saniorem cogitandi rationem instillant, ad colendas artes ac scientias invitant, solerterque vitam activam excitant;

3) Orationes et carmina similium argumentorum pro majoribus solennitatibus adornata; nobiliores dictiōnum comitiālium partes pro scopo praefixo idoneae, imo et minora carmina ad delectationem, logogryphi etc. etc.

4) Loca memorabilia, adjunctis temporum nostrorum accommoda, e libris rari-

oribus; horum item — seu antiquiorum, seu recentissimorum, praecipue ecclesiasticorum, domesticorum vel externorum — succinctae commentationes, aut doctae recensiones, quae Lectorum nostrorum adtentionem, antequam sumtus in libros fiant, ad valorem eorum internum convertant;

5) E probatissimis Scriptis periodicis ecclesiasticis excerpta ejusmodi argumenta, quae Clero hungaro notatu digna sunt;

6) Necrologi celebriorum Virorum;

7) Descriptiones denique novorum, in campo scientiarum et artium, omnisque vi-
tae practicae sphaera Inventorum, etc.

Haec et similia sunt, quae stylo ac spi-
ritu, scopo praestituto conveniente, adorna-
ta, gratissimo animo ad Alveare recipi-
entur, et quorum submissionem Redactio im-
pensissimis precibus sollicitat.

„Tantus amor florum et generandi gloria mellis!“

Contra:

(Huc) neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent), neque oves, haedi que petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem et surgentes atterat herbas.
Absint et picti squalentia terga lacerti
Pingvibus a stabulis, meropesque, aliaeque volucres;
Et manibus Procne pectus signantia cruentis.
Omnia nam late vastant, ipsasque volantes
Ore ferunt dulcem nidi immittibus escam.

P o s o n i o.

Binis, semet excipientibus diebus, terminato choro matutino, Venerabile hujas Capitulum in Ins. Coll. et una Parochiali Ecclesia ad S. Martinum, referta ornatissimis Spectatoribus, solenni installatio ritu in suum altissimo jussu introduxit gremium nuperrime per SS. C.R. Apostolicam Majestatem pro vacantibus in Eodem Stallis tres ben. resolutos Canonicos: quippe 23-tia Dec. RR. D. Antonium Palsovics, meritis e gestis officiis, quae 42 sane salebroso in vinea Domini annorum stadio, qua Cooperator, Parochus, V. A. Diaconus, ac tandem Collegii Pazmaniani Viennensis in spiritualibus Superior, omnino impigerrime exantlavit, conspicuum; et 24-ta e. seu Vigilia Nativitatis Domini, RR. D. Stephanum Kuliffay, perinde meritis, quae, qua Capellanus, Parochus, Cleri junioris Pestini Subregens, et Tyrnaviae Rector providissimus dietim cumulavit, insignem. Ambo jam sextum in annum ad congruas Eminentissimi Ordinarii propositorias preces per Augustissimi ac Summi Terrae Principis Clementiam in V. Capituli Ins. Coll. Eccl. Tyrnaviensis ad S. Nicolaum Canonicos b. denominati fuere. 30. vero m.e. RR. D.Joa. Kremlcska, qui hucusque V.A.D. et Parochus Érsek-Ujváriensis, ibi, sicut prius alibi iisdem muneribus egregie defunctus, merita posuit. Post installationem quivis eorum ad consummanda munera priora, donec successores natli fuerint, rediere. RRmus D. Abbas S. Pantaleonis de Insula Rátzkeve, Steph. Kratoquila, praelaudati V. Capituli a classico dicendi usu notus Nestor, Cantor et Canonicus, praemisso energico sermone, terno installantis munere fungebatur, cui mox ejusmodi solennis et sacra functio obeunda imminet, si pro stallo per mortem RRmi D. Jos. Ignatii Bajza recens vacante reddito SS. C. R. Ap. Majestas aliquem b. resolvere dignabitur. c. C.M.

Tempora quandoque mire conveniunt.

Ad observationes eas, quas e Paginis „Gazette de France“ Ephemeridum nostrarum Nro 102. anni praet. de atroci comitiorum hispan. contra vitam Principis Caroli decreto communicavimus, liber quidam 1649 editus plurima nobis suggestit *), quae in exemplum sumi possent, quam mira saepe similitudine adjuncta temporum congruant. Aliqua inde ad verbum adducere sufficiat:

„Non ea cura quietem horum Reipublicae turbonum sollicitavit, ut meliori regimine, quale esse populare sibi videri simularunt, mutari cuperent Statum, qui tunc (in Anglia) ab uno regebatur. Plebis nomen, in quo supremam auctoritatem, quasi de jure naturali residere adfirmant, ambitioni suae praetenderunt, ut hoc specioso praetextu ipsi arripere tyrannidem possent, ad quam tanto ambitu, tanto conatu jam dudum viam adfectabant. Idque eventus planissime docuit. Pro uno quippe plures inde Reges sive tyranni potius exorti sunt.“

„Regem quidem, adparet eos (tum in Anglia) sustulisse, sed nec minus manifestum est, regnum sibi retinuisse, dum, quod sub uno erat, in plures

*^a) Titulus libri est: „Defensio Regia pro Carolo I.“ (Rege Angliae).

diviserunt, et triginta ac septem socios tyrannidis (triumviri) adscivere, qui imperium secum tenerent, gravique et intolerando servitio cives suos premerent.“

„Ex sectae suaे praescripto nullum bonum Regem putare possunt — qui vel optimum non ferrent — cum palam profiteantur: dominatum regium, cujuscunque Principis, licet in eo virtutes omnes, rege dignae, eminenter elucerent, reipublicae inutilem esse. Tantum eos odium regiae appellationis tenet, cum potestas ipsa perplacet! Regnum nolunt, nisi suum sit. Reges abominantur, nisi ipsi sint. In republica si essent, magistratum aversarentur, quem ipsi non consituissent. Ita rempublicam amant in regno; in republica regnum: sed utrobique imperium affectant, nec quemquam regnare aut imperare p r a e t e r s e juslum atque aequum existimant. Dum id assequuntur, quod volunt, de republica regnum constituere parati, ut de regno rempublicam nunc efficere contendunt.“

„Haec fanaticorum (radicalium, exaltatorum) factio non sola regum solia appetere gestit, sed omnes potestates, quas ipsa non fecerit, conatur subvertere; cum nihil aliud nisi rerum mutationem captet et cupiat, non solum in republica, sed in Ecclesia etiam, cum perpetua novandi libidine, qua sibi imperandi omnibus, nullique parendi licentiam adstruant. Inde est, quod independentium nomen adoptarunt, utpote, qui a nemine pendere et a se omnes volunt. Ut disciplinae philosophorum ex praecipuo aliquo doctrinae suaे dog-

male nomen adsciverunt: Sceptici, quia dubitant; Dogmatici, quia adsificant; Critici, quia iudicant; sic isti, quia pro principali axiomate habent sectae suae nefariae, nullis magistratibus, nullis legibus subjici velle, independentiae ideo appellationem adamavere, ut rem ipsam, quae nomine significatur, praे omnibus ambierunt.“

„Putes eos tantum regibus infensos et infestos esse, quos per summum nefas necare ludum habent? Nullus est in orbe christiano magistratus, nulla in terris potestas, quantumlibet ordinaria, quantumlibet a Deo ordinata — uti omnes, quae sunt, inde esse constat — quam non pari odio prosequantur, et persequi parati sint, quam non aequa exterminatam omni ope cupiant, quia ubique apud eos eadem imperandi effroenata libido, eadem parendi imperita contumacia.“

„Sub specie libertatis tyrannidem saevissimam velle eos exercere vel caecis clarum est. Vocari illi se quidem libertatis custodes in actis publicis postulant: aequa bono jure latro, qui viatorem spoliasset, se crumenae ejus custodem appellari vellet. Dulce de labris loquuntur, corde vivunt noxio. Aliud agunt, aliud se agere simulant. Libertatem populi crepant, cui et in speciem tribuunt omnem potestatem, quam ipsi totam sibi vendicant. Novam suam rempublicam venditant, in qua nec sentire, quae velis, licet, nec quae sentias loqui. Hoc est populo imperium dictis dare, facili negare, et nihil non armis arrogare, et jura pro se non esse facta adsfirmare. Ne

quis autem erret, non pro regio regimine populari constituere gubernationem in animo unquam aut voto habuisse, res ipsa indicat, quid voluerint: pro uno rege quadraginta tyrannos imposuerunt. An democratia est, in qua 40 homines nefarii summam habent rerum potestatem, a qua non licet provocare? Ne quidem Aristocracia est — in qua optimates et primores populi summo jure plebem regunt; — at isti optimatum concessum abolerere, locum ei nullum in parte procurandae reipublicae esse volunt.“

„At non solum regni subversionem, sed etiam legum eversionem sibi cordi esse satis ostendunt. Raptum vi et armis imperium armis tueri contendunt. Quantae vero est potentiae, quam infinitae, ac plus quam tyrannicae, non unam aut alteram legem abolere, sed per mille amplius annos receptam, probatam, usitatam regiminis formam repente everte-re, et in alium statum transmutare? Hoccine fieri potuit absque legum omnium et veterum regni institutorum eversione? Quin imo et nominatim leges omnes civiles et criminales, quibus per tot annos natio usa est, refigendas sanxere, novasque figendas. An hoc sine maxima reipublicae perturbatione et omnium rerum confusione peragi potuit? Qui olim Romae dictator sive ad tempus, sive perpetuus, tantum potuit impune, quantam isti potestatem per vim et violentiam usurparunt? Si non sunt haec tyrannica, et quidem supra omnes veteres tyrannos, exempla, quid sit tyrannis neminem ego scire arbitror, nec ipse scio.“

„Cuique permittunt credere, quod libet, dum in ipsorum verba juret. Hanc unam videntur amplecti religionem, quasi optimam, quasi suam quae nullum agnoscit superiorem, neque in Ecclesia neque in republica. Cum tales sint isti fanatici in religione, in conversatione, in administratione reipublicae, quis non eos patriae publicos hostes dixerit? — Hoc parum est: communes generis humani hostes judicandi sunt.“

„Nec enim quid velint, aut quid optent dissimilare amplius sustinent: nempe, ut, quod domi ad effectum perduxere, ubique terrarum parem exitum sortiri videant. Adeo nimirum potens et efficax exemplum id secuturis se monstrasse opinantur; aut adeo prinos ad sequendum, qua praeiverunt via, populos futuros sibi persvadent.“

„Enim vero si Regia Majestas ad crimen et accusationem civium rebellium vesaniae passim pataret, actum esset de regibus, pejor evadet eorum quam subjectorum conditio, nisi maturae obviam eatur adeo effrenatae licentiae, quae jam in aliis locis Europae grassari incipit, latiusque serpere porro perget exemplo nimium pernicioso!“ — — —

Ante duo secula sic scribendi causa adsuit!
Alveare autem nostrum, Apesque ejus idem cum
svavi Virgilio sentiunt:

— — — Rege incolumi, mens omnibus una est:
Amisso, rupere fidem; constructaque mella
Diripuere ipsae, et crates solvere favorum.

Ille operum custos ; illum admirantur ; et omnes
 Circumstant fremitu denso , stipantque frequentes ;
 Et saepe tollunt humeris , et corpora bello
 Objectant, pulchrumque petunt per vulnera mortem.

Virg. Georg. IV. ex. *

Adtentione dignum pro iis, qui scribendo utiles esse volunt:

Nihil intentatum nostri linquere (Poëtae).
 Accessi numerisque modisque licentia major ;
 — — — In vitium libertas excidit et vim
 Dignam lege regi : lex est accepta , chorusque
 Turpiter obticauit , sublato jure nocendi.

Horat.

Dresden, 25. Nov. Paginae publicae Bibliopoliorum Lipsiensium novum, ad ipsa particularia extensem, regium decretum de administranda post-hac censura communicant, in quo praeter caetera haec leguntur : „Ad procurandam censuram ubique locorum , ubi typographiae sunt, censurem constituentur. — Censure illis duntaxat scriptis typum denegandi potestatem habent, quorum divulgationem Civitas aut vi obligationis suae erga foedus germanicum, aut habita jurum ac emolumen-torum sudrum indeque emergentium obligationum ratione impediendam habet. In quantum itaque nulla harum rationum intercedit, liberam scientiarum et publicae vitae uberiorem evolutionem coercere non licet ; imo nec id quidem , si censor quae-dam asserta erronea , et absurdâ invenerit, ad prohibendum scripti typum rationem sufficientem constituet. Scripta et elucubrations, in quibus regia administratio saxonica seu in complexu, seu in ramis singulis expenditur, valor internus latarum aut

serendarum legum disquiritur, errores ac deviationes, abusus item ac iniquitates deteguntur, emanationes indicantur, vel svadentur, idcirco, quod diverso a regiminis aut singularium jurisdictionum sensu scripta sunt, rejicienda non sunt. Ratio tamen scribendi intra limites modestiae et decori contineatur, animusque benevolus eluceat, oportet. — Censores in genere non ad argumentum tantum, sed praecipue ad formam et stylum adtentionem convertendam habent. Scripta seditiosorum conaminum typis excudere non licet. Nihil tale ad prela admitti debet, ex quo securitas aut dignitas Domus regiae, Civitatis, Germanici foederis, singulorumque in eo Statuum, aut aliorum amicorum regiminum, in primis regnantium Principum detrimentum caperet, vel vero pacis, internaeque tranquillitatis Germaniae conservatio periclitaretur. Ad praescriptum Foederis decreti de 21. Oct. 1830 Censoribus praecipitur, ut in admittendis de seditiosis motibus ad typum relationibus adhibita omni sagacitate, procurataque fontium certitudine, cauti omnino sint. Maxima vero circumspectio in Ephemeridibus, aliisque periodicis argumentorum politicorum scriptis, non secus in popularibus inquesum juventutis destinatis, est necessaria. Contra vero scribendi libertas in proprie eruditis ac scientificis operibus minime est restringenda. Censores, et, si querelae interponantur, Collegia censorum rationes denegatae facultatis imprimendi superiori duntaxat Jurisdictioni reddendas habent, cui soli responsionis onere obligantur.“

v. * e G.B.

H i s p a n i a.

Minime mirandum illam saepe jam 'quaestio-
nem agitatam fuisse, undenam foedae adeo in hi-

spanico bello patratae crudelitates originem trahant? Hostes catholicismi pronissimi sunt, omnem causam in hunc conjicere. Paginae quoque angl. protestantiae „Standard“ idem fecerant, quibus tamen aliae aequae protestantiae paginae „Morning-Chronicle“, haec respondent: Malevolentia est excessum, qui nunc Madriti patrantur, culpam in romano-catholicismum conjicere. Non meminerunt paginae „Standard“ horrendae ferocitatis, qua fratres Witt, viri egregii 1762 a civibus Hagensibus (in Hollandia) trucidati fuerunt? Et protestantes Norvegi in bello inter Gustavum Adolphum et Christianam Daniae non enecuerunt serum in modum 900 milites scoticos, dum ii duce colonello Sainclaire regnum hoc transirent? Crudelitates 1798. in Hibernia patratae non fuere protestantium facinora? Et si ad retroacta adeo tempora redire nolumus, celare ne poterimus a nostris militibus in Badajos bello hispanicó nefandas adeo comissas fuisse crudelitates, ut absque horrore nec legi quidem possint. Atrocitatis in Badajos dira exempla, diu adhuc animis infelictum hujus urbis incolarum haerent. Simus itaque justi, neque accusemus religionem catholicam ferocissimorum excessum, quos religio haec p̄ om̄ibus aliis damnat; credendum potius, quod si apud nos Protestantes similia (anarchiae delicta), uti nunc in Hispania, evenirent, pari ratione etiam de concivibus nostris opprobrii sententiam enunciandam haberemus, quemadmodum id paginae „Standard“ de homicidis infelicis Quesada fecerat.

v. * e Sion.

Interpretatio Signorum:

* significat: Editor.

c. — : communicavit.

v. — : verlit.

ex. — : excerptit.

Allocutio

Sanctissimi Domini nostri Gregorii divisa providentia Papae XVI. in secreto consistorio die 21. Nov. 1836. habita.

Venerabiles Fratres!

Etsi vellemus laeta semper in hunc locum asserre, votisque congruentia, quibus quotidie in humilitate cordis Nostri Patrem Misericordiarum, et Deum totius consolationis pro Sancta Ecclesia Catholica, et christiani gregis universi prosperitate Vobiscum impense precamur; hodierno tamen die rem cogimur in coetu Vestro nunciare perinde quidem Vobis tristem, ac Nobis suit, cum primum ad aures Nostras pervenit. Praecipitis jam cogitatione Venerabiles Fratres loqui Nos de obitu carissimi in Christo filii Nostri Antonii Saxoniae Regis, qui post diuturnam vitam cultu virtutum christianarum et excelsae conditionis suae munierum functione conspicuam, mundum hunc eo jam non dignum reliquit, illuc abiturus, quo instinctu sincereae fidei incensaeque caritatis toto animo contendebat. Quamvis vero eadem de illo spes habenda videatur, quam de Theodosio Magno Imperatore habere se professus est Magnus Ambrosius cum ipsum ait abiisse accipere sibi regnum non deposito regno, sed mutato, in tabernacula Christi jure pietatis adscitum; attamen fieri potuit, quin, ut natura insitum est, flebilis accideret excessus ejus, Nosque vel in primis, quid boni fuerit amissum reputantes, carissi-

simi in Christo filii Nostri regni successoris Friderici, regiaeque ipsius familiae doloris participes essemus. Et jure quidem meritoque, Princeps omisso virtutibus probatissimo, quae vel maximum apud Superstites sui relinquunt desiderium: siquidem eluxit in illo pari cum justitia et gravitate benignitas ac mansuetudo, studium religionis morumque honestatis, de salute publica commodisque omnium paterna sollicitudo plane digna, cui subdita gentis amor tamquam filiorum responderit.

Cujusmodi autem essent virtutes illae, quisque facile existimaverit, cui sit auditum, quanto opere sese egregius Princeps ad pietatem exercuerit; fructus enim eas fuisse pietatis ejusdem intelliget enixe, quantum in se fuit, conantis verae virtutis effectricem Dei gratiam sibi conciliare. Longum esset omnia hue spectantia persequi singillatim: illa tantummodo indicare satis sit, humilem de se ipso sensum, dernissionemque voluntariam, quod est ipsum pietatis, totiusque aedificii spiritualis fundamentum; insignem assiduitatem venerandae precan-daeque Divinae Majestatis constantissima praesertim consuetudine confirmatam bis quotidie per annos sex et quadraginta incruento sacrificio assistendi; Sacramentorum usum frequentem, cumque minime dubiis flagrantis Christi amore animi indicis; sedulam curam veniae admissorum thesauri Ecclesiae participatione impetranda; neque tamen inde remissius in eo studium castigandi corporis et in servitutem redigendi; quod praecipue jejunii vel in extrema senectute severissima ob-

servantia declaratum est, et acriore etiam sponte suscepti supplicii genere, quo prope usque ad superium vitae diem se ipsum afflixit.

Dissimulanda tamen non est labes illa, quam adeo praeclarae virtuti vehementer doluimus aspersam, decretum dicimus, cui subscrispsit incaute, quod postea fuit ab hac sancta Sede improbatum. Verum ea in re non eum peccasse pravitate animi, sed errore lapsus humano omnino judicandum est, virum caeteroquin, cuius fidei integritatis, mentis que Sanctae Ecclesiae Catholicae legibus et doctrinis religiosissime addictae ac votae luculentissima habemus specimina; quod tamen ob factum usque adeo eum scimus sibi displicuisse, ut de ipso quoque dici verissime possit, quod item de Theodosio scribit idem sanctus Doctor Ambrosius: nullum postea fuisse diem, quo non illum doloreret errorem, eaque illa qualiscunque culpa, bonum ex malo faciente Domino, ad ejusdem pietatis fervorem augendum alendumque contulerit,

Hujusmodi porro vitae, quod quidem erat expectandum exitus respondit plane consentaneus. Cujus vix dum tempus sentit jam propinguum, nihil aliud curae habuit, nisi ut se ad absundum quam diligentissime compararet. Quanta vero fide, quanto divinae caritatis ardore, quotquot adherant, vehementer commotis, et morti ejus pretiosae in conspectu Domini pie invidentibus, sanctissimis se munierit Sacramentis, testis est in primis Regia Familia, qua praesente, effusaque in lacrimas, sacra haec moribundo adhibita su-

erunt officia. Tertio autem post haec die, tertium, uti optaverat, mystico epulo refectus, eidem circumstanti familiae coelestem paterno amore precatus benedictionem in pace Christi quievit.

En igitur qualem Principem mortuum, en quantum christianaे virtutis exemplum, ex oculis sublatum subjecti sibi populi, doluerimus.

Verum tamen cogitantes stetisse eum ante tribunal severissimi judicis, qui denunciat per Prophetam se scrutaturum Jerusalem in lucernis; quod metuens judicium Sanctus Rex David orabat verbis illis gravissimis: Non intres in judicium cum servo tuo Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Nostrum vel maxime duximus privatim exorare pro Defuncto; justis autem eidem publice de more in pontificali sacrario Nostro Vobiscum, Venerabiles Fratres, et cum fidei populo persolvendis certum diem, Deo annuente, indicemus.

c. Ill. el. Epp. Tinnin.

Educatio in Hybernia.

Paginae „Examiner“ in quodam suo articulo impedimenta progressus nationalis educationis in Hybernia recensent. Maximum impedimentum esse adfirmant defectum fundi, quoniam aes, quod in illum finem converti posset, per Ministros Ecclesiae dominantis (Angl.) absumitur. Adducunt deinceps hanc relationem Deputationis in negotio educationis: „Ultra 400 libelli supplices nobis traditi au-

xilium pro novis scholis erigendis flagitant; interim a decernenda per Comitia in hunc usum summa dependebit, an et in quantum precibus deferendum sit. Speramus fore, ut Seminarium pro futuris docentibus erigendum, efflorescat, praesupposito eo, quod apti docentes cum condignis salariis procurari poterunt. Nunc adhuc e fontibus, qui nostrae dispositioni relicti sunt, sufficientia salario, quibus viri idonei, necessariis dotibus instructi, allici queant, hauriri nequaquam possunt.“ Ad haec dictae paginae „Examiner“ animadvertisunt: „Haec clare anglice idem significant, ac: „ruri scholae ac Docentes anhele desiderantur, nos desiderio huic libenter deferremus; sed Parochi (anglicanae ecclesiae) enormiter adeo bibunt et comedunt, ut mediis scopum assequendi careamus. Rabelais ecclesiam anglicanam, imagine horrendi gigantis, aut monstri sisteret, quod normales scholas coenare et pro quovis jentaculo totidem docentium seminaria (Praeparandias) abligurire consuevit. — (Qui in paginis nostris anni praeterlapsi ea, quae de Praeparandiis Agriensibus, Scepsiensibus, Veszprimiensibus, Quinqueecclesiensibus, de scholis ruralibus dioecesis Rosnaviensis etc. etc, retulimus, legit, (nam normales scholae urbanae, altioraque instituta literaria salutari regiminis cura, et privatorum fundationibus stipendiis etc. quam bene apud nos sint provisa ac ditata, nemini est ignotum) cum solatio et gratissimo in providentiam divinam animo ad regna culturae encomiis adeo celebria respiciet, ubi uni duntaxat parti populi culmine illo culturae gloriari, alteri autem in

epissa non secus ignorantia, ac miseriарum aerumnis gemere datum est. Qui vero vetustatem, et auctores literarum et culturae institutorum in Patria nostra ignoraret: praeter majora et clarissima historica documenta: uti RR. D. G. Fejér, Hist. Academiae Scient. Pazmaniae etc., legere potest typis recenter excusam Orationem M. ac RR. D. Canonicí Abbatis, et Rectoris Joan. Dercsik die Restauratio-
nis R. Universitatis Scient., anniversario habitam.)

v. * e R.u.K.F.

Putnoki templom felszentelése.

Putnok, Mindszenthava 10-kéről: Nem lehet nem köz örökre olvadnunk azon ünnepélyes Tettnek viszemplékére, melly folyó hó és esztendő 9-dik napján szívünk ömledező érzeti közt Putnok mező-városunkban véghez vitetetett; — ma ülette-
tett azon ünnep, mellynek elérhetése után szünen-
len sovárgott keblünk, ma tartatott azon diszes
szertartás, melly által ujonnan felépült templomunk
felszenteltetett. Öregbedett örömkünk, midőn köz
ohajtásunknak megfelelendő megyénk Fő-Pásztor
Méltóságos Nagykéri Scitovszky János Ó Nagysá-
ga, ki bő adakozásának szüleménnye egy részről tem-
plomunk létele, közinkbe le ereszkedett atyai sze-
retettel megjelenvén a' szent foglalatosságot magá-
ra vállalni méltóztatott. Hirdeték az ünnep vigsá-
gát az algyúk ismételt durrogási, és a' hív nép tö-
mött sokasága buzgó szemlélője, 's ajtatos részese-
vala a' diszes szertartásnak; — ennek kezdetét te-

vé a' várnak, melly az ediggi Isteni Tiszteletnek helyéül szolgált, régi 's már már omladékihoz közelgető kápolnájából ki indult szivet emelő menet, mellynek a' templomba érkezte után, ez a' kath. Anyaszentegyházban divatozó ünnepelyességgel felszenteltetett, mi után a' Szentség hasonlóan meneképpen az újjolag felavatott templomba által vittet, a' hálaadó ének „Te Deum“ zengedeztetett, 's az öszve sereglett hivékhez egyházi beszéd Méltóságos Püspökünk által tartatott, mellynek bevezető részében előre bocsajtván: miképpen a' tudósoknál ösméretes okleveleknek előadása szerint kétség kívüli dolog légyen az: hogy noha Putnokon édes Hazánkat kegyetlenül dúló Tatárok kiköltözésük üdejében mintegy 600 esztendők előtt Plébánia 's Egyház létezett, 's hitelesen tudatik: hogy 550 évek lefolyta előtt Putnoknak már Pál nevezetű Plébánuza volt, 's 1397-ben az az 450 esztendők előtt Putnok Gömör Vármegyének 85 Plébániai közé számítatott, 's ama gyászos 16-dik század vallásos szakadásokig Putnok a' nevezetesebb Plébániák 's Egyházak közé számítatott; — annyi hasonlóan bizonyos légyen: hogy az elméket, és sziveket kelté vágó villongásoknak kezdetétől, 's azt nyomban követő Török' hadainak megsalásától egész az 1720. esztendeig Putnokról a' katholika Isteni tisztelet majd nem egészen számíztetett, midőn az erre következő évben tett törvényes nyomozás előadása szerint ama Putnoki várnak eddig használt kápolnájában ugyan csak azon esztendő körül az Isteni Tisztelet tartani kezdett; — 's közbe vétvén, mi-

képpen azon oknál fogva, mivel nem volt üdő, mellyben az Istennek, lélekben, és igazságban nem leítek volna imádói, nincs, nem is lesz üdő, mellyben ne találtassanak külsőlegi cselekedetekkel, buzgó adakozásokkal diszeskedő tisztelei, — beszédje ama fő tárgyát: hogy a' világ kezdetétől minden üdőben, minden nemzeteknél olly köz vélemény, köz meggyőződés uralkodott, melly szerint csak az a' hely tulajdonképpen, és szoros értelemben Templomnak nézett, mellyben maga az Isten ség különösképen jelen vagyon, ékes szóllásával fejtette, 's velős okokkal támogatta. A' beszéd végevel ugyan csak Ó Méltsága által bémutattatott a' szent mise áldozat, melly alatt mélyen éreztük 's imádtuk annak véghetlen Jóságát, kinek kegyelméből a' fényes ünnepre viradnunk engedtetet; — a' szent mise alatt mint egy 400 megáldoztatott; utána 330-nak adá fel a' Bérmálás szentségét, egy párt a' házasságra öszveadott, egy kisdedet megkereszttel, 's két asszonytól ki vette a' kath. hitnek valommását. Délutáni három órátul ötig az oltári szentség nyilvános imádásnak ki tétetett 's öt órakor Ó Méltsága által végzett hálaadó könyörgéssel az ajtatosságnak vége lett, mi után estve a' vigság nagobb nyilvánítására a' város kivilágítatott.

Buzdító vala a' jelenlévőknek ájtatossága, kik Egek felé röpiték szívők fohászait; látni vala a' napnak lefolyta alatt söt az éjnek nagy részében az oltár zsámolányánál leborultak forró könyörgéseit, énekléseit, kik alázatos hálaadásokkal járulának az Isteni Felséghoz azon atyai szereletért, melly ne-

kik megélni engedé ama ſrvendetes idő szakot, mellyben Putnok' katholikus lakosi 120 évek változó legördülte után, mi alatt Templom nélkül szükkölködtek, fényses Egyházukkal ditsekedhetnek; Nints egyéb hátra, mint azoknak, kik bő kezeiket annak felépítéséhez emelék, hosszas éltőkért nyilvanítni szívünk nem szinlett kivánatait, 's kérni a' Mindenhatót, hogy Méltóságos Püspökünknek, kiben az ügyefogyottak k-gyes gyámolítójokat tisztelik, 's ki a' katholica hitünknek buzgó ápolója, Hazánknak erős oszlopa, hosszas evékre terjessze munkás életét, 's adja, hogy Fő pásztorsága alatt hitünknek gyarapodjon üdvözítő súgara 's egyszermind Hazánknak viruljön boldogsága! s.e.D.

Novissimae Romanorum Pontificum declarationes de mixtis Matrimoniiis.

Summi Ecclesiae Pontifices in suis Brevibus, Declarationibus, Instruktionibus, Rescriptis de mixtis matrimoniiis tractantes sequentia semper spectarunt;

1) Illicitam esse conjunctionem Catholici cum persona non catholica, et ideo mixta matrimonia Ecclesiam semper reprobare, aversari, detestari.

2) Parti Catholicae prolibusque perversionis imminentem periculum,

3) Partem Catholicam, quae credere debet, quod sola religio catholica sit salvifica, si in educationem seu omnium, seu aliquarum prolium in Confessione non catholica consentiat, peccare; cum futurae ſoboli de mediis salutis providere nolit, atque

4) Parochum catholicum, qui matrimonio taliter contrahendo assistit, huic peccato, quod per assistentiam approbat, cooperari; ideo

5) Dispensationes pro contrahendis mixtis matrimonii rarissime, et plerasque pro matrimoniis inter Supremos Principes contrahendis, nec nisi gravissima urgente causa, eaque ad publicum bonum pertinente, concedi.

Ita declarat Clemens XI. in literis ad Gustavum Leopoldum Principem Bipontinum die 23. Julii anni 1707 datis, sic scribens:

Dilecte Fili! Nobilis Vir! salutem etc. Multis jam pridem argumentis innotuisse credimus Nobilitati Tuae, singularem esse Nostrae in Te voluntatis propensionem, ex qua merito sperare potes, Te a nobis ea omnia esse facile consecuturum, quae ab authoritate nostra congrue proficiunt possunt. Verum, cum dispensatio, quam a nobis expetitis ad effectum contrahendi matrimonium cum Principissa haereticorum Sectae addicta, Teque tertio consanguinitatis gradu attingente, difficultates in se maximas et ineluctabiles quoad eam partem, quae Religionem respicit, manifeste contineat (Ecclesia siquidem ab hujusmodi conjugiis, quae plurimum deformitatis, nec parum spiritualis periculi praeseferunt, abhorret) credimus Te, quo studio es in catholicam fidem, probe intellecturum nos paterne Tecum agere, qui praefatam dispensationem nequaquam concedendam esse statuimus, nisi eadem Principissa, haeresi prius rite ejurata, orthodoxam veritatem ex animo

complectatur. Quod si spem esse dicebas, quod ipsa, post initum matrimonium, tam salutare consilium susceptura esset, praestat, ut eadem bonum opus acceleret, nec patiatur se diutius jactari contrariae doctrinae vento, sed ut imo alacriter obsequatur leni ac svavi aurae coelestis spiritui, qui calatum quassatum non conteret. Id ut eveniat, pro nostra caritate ac sollicitudine magnopere cupimus, ut inde grata nobis suppetat occasio annuendi votis Nobilitatis Tuae, cui Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Benedictus XIV. in declaratione super dubiis respicientibus Matrimonia in Hollandia et Belgio contracta et contrahenda anno 1741 4-ta Nov. §.pho 3. scribit: Quod vero spectat ad ea conjugia, quae pariter in iisdem Foederatis Belgii Provinciis contrahuntur a Catholicis cum haereticis, sive catholicus vir haereticam foeminam in matrimonium ducat, sive catholica foemina haeretico viro nubat, dolens imprimis quam maxime Sanctitas Sua, eos esse inter Catholicos, qui insano amore turpiter dementati, ab hisce detestabilibus connubiis, quae S. Mater Ecclesia perpetuo damnavit atque interdixit, ex animo non abhorrent, et prorsus sibi abstinendum non ducunt, laudansque magnopere zelum illorum Antistitum, qui severioribus propositis spiritualibus poenis, Catholicos coercere student, ne sacrilego hoc vinculo se se haereticis conjungant; Episcopos omnes, serio graviterque hortatur et monet, ut Catholicos ab hujusmodi nuptiis in propriarum animarum

perniciem ineundis, quantum possint, absterreant, easdemque nuptias omni meliori modo intervertere atque efficaciter impedire satagant. Id vero deberet sibi potissime in animum inducere conjugem Catholicum, sive vtrum sive foeminam, ut pro gravissimo scelere, quod commisit, poenitentiam agat, et veniam a Deo precetur, coneturque pro viribus alterum conjugem a vera Fide deerrantem ad gremium Catholicae Ecclesiae pertrahere, ejusque animam lucrari, quod ad veniam de patrato criminis impetrandam opportunissimum foret.

Idem Benedictus XIV. ad Poloniae regni Primatem, Archi Episcopos et Episcopos 1748. 29. Junii praemissis aliquibus sic prosequitur: Neque vero necesse habemus eo omnia in medium proferre, quibus luculenter demonstrari posset antiquitas ejus disciplinae, qua semper Apostolica Sedes Catholicorum cum Haereticis conjugia reprobavit. Sed aliqua duntaxat adferre sat erit, quibus ostendamus, eandem disciplinam ac regulam ad Nostra usque tempora constanter servatam, apud Nos et Apostolicam Sedem non minus integrum vigere et religiose custodiri. Subnectit deinde Urbani VIII. Clementis XI. Constitutiones, in quibus ex antiquitate testimonia producuntur; et continuat: „His autem velut fundamentalibus Apostolicae Sedis regulis, ejusdem agendi ratio constanti usu recepta apprime respondet. Nam quoties ipsam adire contingit, sive pro obtainenda simplici facultate contrahendi Matrimonium inter personas, quarum altera haeresim profitetur, sive praeterea pro obtainenda simul di-

spensatione super aliquo gradu, alioque canonico impedimento, quod inter contrahentes intercedat, neque licentia, neque dispensatio conceditur, nisi hac expressa lege seu conditione adjecta, nimurum: abjurata prius Haeresi. Quod si nonnulla inveniantur exempla Rom. Pontificum, qui aut licentiam contrahendi Matrimonium, aut etiam dispensationem super impedimento aliquo concesserunt, non adjecta conditione de abjuranda prius Haeresi; rarissimas primum omnium dicimus hujusmodi concessiones fuisse, et quidem plerasque earum pro Matrimoniis inter Supremos Principes contrahendis, nec nisi gravissima urgente causa, eaque ad publicum bonum pertinente, factas fuisse; insuper adjectas semper fuisse oportunas cautelas, tum ne conjux Catholicus ab Haeretico perverti posset, quin potius ille teneri se sciret ad hunc pro viribus ab errore retrahendum; tum etiam, ut proles utriusque sexus ex eo Matrimonio procreanda, in Cathol. Religionis sanctitate omnino educaretur.“

Pius VII. 23. Apr. 1817 ad Vicariatum Ehrenbreitsteinensem: „Minime ignoras, quantopere Sancta Dei Ecclesia hujusmodi conjugia praesertim ob perversionis periculum; quod parti Catholicae, prolibusque inde imminet, semper fuerit aversata.“ — — — Si vero Catholica prolium omnium educatio obtineri non possit, pro hoc casu ita praescribit summus Pontifex: „muneris tamen tui ac parochorum Catholicorum erit, minime conjugiis istis assistere, atque ab omni hujusmodi a-

„ctu vos abstinere, unde conjici possit, ea vos ad-
 „probare, illisque aliqua ratione cooperari; ad ex-
 „ternum negative saltem circa illa vos habeatis o-
 „portet, cum non expediat, post oportunas, de
 „quibus diximus, hortationes, impediri ea a vobis,
 „multoque minus oblocutionibus persequenda sint,
 „ne turba ac perturbatio ulla publicae tranquillita-
 „tis sequatur. Si vero catholici parochi,
 „quod minime timere volumus, compellantur
 „ad eorum praesentiam matrimonii
 „istis praestandam, necesse omnino tunc e-
 „rit, pastoralem zelum vestrum expromere, illis
 „que significare, hoc in casu esse Deo po-
 „tius, quam hominibus obedendum. Si
 „autem iis matrimonii loco parochorum Catholi-
 „corum ministri acatholici assistant, gravius qui-
 „dem tunc erit peccatum, parochi autem Catholicis
 „omni prorsus culpa vacabunt.“

Idem Pius VII. ad eundem 31. Octob. 1819:
 „Explorata etiam, quemadmodum in tam gravi ne-
 „gotio ex S. hujus Sedis more opus erat, sententia
 „selectae Congregationis venerabilium fratrum no-
 „strorum S. R. E. Cardinalium, ejusque voto, cum
 „rei universae rationibus ex Sanctiorum iurium pree-
 „scripto a nobis ipsis diligenter perpensa tibi signi-
 „ficare debemus, non posse Apostolicam
 „sedem pro mixtis matrimonii sine un-
 „dis dispensationem impertiri, nisi cer-
 „tis quibusdam conditionibus, quibus meliori, quo
 „possit modo animarum pernicies aliaque mala pro-
 „pulsentur, quae ex idgenus connubiis diminant.

„Quem in finem eam potissimum adjiciendam o-
 „mnino esse conditionem, qua Catholicae institu-
 „tioni nasciturae prolis consulatur, vel ipsa nostrae
 „religionis ratio luculenter svadet, quae cum
 „una sancta sit, una vera, una divina, caeteras
 „quaslibet rejicit profesiones, neque id com-
 „mittere potest, ut ex nuptiis sua au-
 „ctoritate conciliatis proles succrescat.
 „quae in Christi grege non censeatur,
 „Hinc ex felic. record. Benedicti P.P. XIV. Prae-
 „decessoris nostri testimonio placet recordari, per-
 „raro, atque ex gravissima urgente causa, et ad
 „publicum bonum pertinente pro matrimonii in-
 „ter Supremos principes contrahendis conditionem
 „quandoque in Apostolica dispensatione de abju-
 „randa prius haeresi non impositam fuisse, semper
 „tamen adhibitas fuisse oportunas cautelas, tum
 „ne conjux Catholicus ab haeretico perverti posset,
 „quin potius ille teneri se sciret ad hunc pro viri-
 „bus ab errore retrahendum, tum etiam, ut pro-
 „les utriusque sexus ex eo matrimonio procreanda
 „in Catholicae religionis sanctitate omnino educa-
 „retur. Vides igitur dilecte fili! utrum praefinitas
 „ex religionis, quam tenemus, natura regulas im-
 „mutare liberum sit Nobis, quibus adserendi ejus-
 „dem incolumitatem ac jura cumprimis onus in-
 „cumbit. Dignosces proinde, quanam animi con-
 „stantia, quo studio religionis, qua sollicitudine ex
 „tanta rerum asperitate adlaborandum sit tibi pro-
 „salute gregis tibi commissi. Quod si ex aliquibus
 „Germaniae regionibus cautelae illae minime ser-

„vantur, dolemus quidem, sed hujusmodi neglig-
 „gentia certe non est sanctae huic sedi imputanda,
 „quae a supramemoratis regulis in hujus generis
 „dispensationibus nunquam recessit, neque
 „recedere se ulla ratione posse judicat, quin prin-
 „cipiis ipsis Catholicae religionis palam adverse-
 „tur. Nos quidem nostro muneri haud deerimus,
 „et veritatis ac religionis causam protueri adnите-
 „mur, levantesque oculos nostros in montes, un-
 „de veniet auxilium nobis, id petemus a Domino
 „Dominantium, ut voci nostra det vocem virtutis.“

(Continuabitur.)

Posonio. Anno paulo ante evoluto in gremio Urbanae Parochiae Poson. ad S. Martinum (quae amplissimae in Hungaria, Theresiopolitanae parum cedit) in Domino pie obiverunt 932. Et quidem 1-o in ipsius l. ac. r. Civitatis territorio 382, e quibus 83 viri, 109 foeminae, 79 pueri, et 111 puellae fuere. 2-o In Váralja in Domino decesserunt 208, scilicet 45 viri, 36 foeminae, 78 masculini, 49 sequioris sexus proles, exque illis 43 gratuito inhumati sunt. 3-tio. In infirmary monialium de S. Elisabetha e 470 receptis infirmis obivere 52. 4-o A-pud RR. Fr. Misericordianos 140 — hic sine religionis discrimine — supremum obiere diem. 5-to. Pauperum caemeterio illati 141, quippe 15 viri, 22 foeminae, 55 pueri, 49 puellae — in his comprehenduntur pauperes suburbii plerique. 6-o In adiiliata possessione Engerau ac insulis adsitis universim 9 sunt mortui, 2 viri, 4 foeminae, 1 puer, 2 puellae. Relate ad priorem annum sunt 142 plures hoc anno mortui. Sacro fonte baptismatis 716 abluti sunt, nempe: 354 pueri, 361 puellae, et 1 adultus, pauciores quam priori anno 88. Demum Statum conjugalem sacrum iniverunt 193 paria, e quibus 18 mixtae religionis, et generatim 31 pauciora quam anno abhinc secundo erant. Suburbii Blumenthal specificatio adhuc desideratur.

Novissimae Romanorum Pontificum declarazioni de mixtis Matrimonii.

(Continuatio.)

Dolendum! quod hunc Ecclesiae Catholicae spiritum — has et alias summorum Pontificum declarationes et conciliorum Canones, connubia mixta vetantes, potestates civiles ab oculis dimiserint, et cum evidenti, manuque palpabili Indifferentismi religiosi admissione, et dogmatis „de una salvifica Ecclesia Christi“ in cordibus hominum debilitatione, spiritum inobedientiae insensibiliter disseminaverint; dum ab his, sensui Catholicismi e diametro oppositis, principiis divergentes circa mixtas nuptias dispositiones fecerunt.

Regimen Borussicum, prout anno 1817 Protestantes augustanae et helveticae Confessionis in unum coaugmentavit corpus, ita, harmoniae forte inducendae causa, eo conatus suos videtur direxisse, ut sensim omnis inter Protestantes et Catholicos suos subditos moralis et religiosa evanescat distinctio. Sed obsistebat Catholicorum a mixtis matrimonii aversio, obsistebat inflexibilitas Ecclesiae Catholicae haec connubia reprobantis. Haec tamen obstacula regimini non videbantur insuperabilia. Edita sunt mandata, ne Catholici Sacerdotes a fidelibus suis, mixta matrimonia inituris, exigant promissionem de prolibus in vera religione educandis, sed arbitrio Patris educatio sobolis utriusque sexus relinquatur. Postquam ita Clerus Catholicus ad necessitatem positus fuisse vel le-

gem Ecclesiae vel mandatum civile violandi, regimen ipsum eum ex hac perplexitate et officiorum collisione eximere paravit, non quidem legem civilem mutando, aut mitigando, sed Episcopos ad Sedem Romanam inviando. Recurrerunt Archi Episcopus Coloniensis, Episcopi Trevirensis, Paderbornensis et Monasteriensis ad Leonem XII., et residenti Romae ministro Borussico commissum est, ut omnem conatum adhibeat, suaque interventione exoperetur, quo Sanctissimus Pater Episcopos e statu violento, ad quem per regimen positi sunt, liberet. Rescriptum Pontificium alio canali ad concernentes Episcopos devenire non potuit, quam via regiminis, hoc vero speravit, ex hoc rescripto aliquid se excipere, aut mediante qualquali interpretatione exsculpere posse, quod intento plano suo esset ad speciem adminus deservitum. Leone Papa XII. interea ad meliorem vitam evocato rescripsit sub 25. Martii 1830. Pius VIII., Regimen Borussicum rescriptum hoc, plus quatuor annis detentum, mense Novembri anni 1834. Episcopis, quibus inscriptum fuit, tradi fecit. Est autem sequentis tenoris:

,,Pius P. VIII. Fratribus Ferdinando Augusto, Archi Episcopo Trevirensi, Frederico Clementi Episcopo Paderbornensi, Caspari Maximiliano, Episcopo Monasteriensi. Venerabiles Fratres! salutem et Apostolicam benedictionem. Literis altero ab hinc anno ad Leonem XII. glor. mem. Praedecessorem nostrum datis diligenter exposuistis arduum, in quo versamini, discrimen, propterea

quod civili lege isthic ante paucos annos lata praescriptum est, ut in matrimonii mixtis liberi utriusque sexus in religione patris aut certe ad ejus arbitrium educentur, simulque sacerdotibus interdictum, ne a personis matrimonia hujusmodi contracturis ullam exigant super religiosa nasciturae prolis institutione sponsonem (Reversales). Et ipsi quidem vel ex eo tempore participes fuimus summi moeroris, quo idem optimus Pontifex affectus est ob angustias has vestras, quas eae literae plenius explicabant. Sed graviori adhuc molestia nunc angimur, quum humilitati Nostrae inscrutabili Dei judicio reservatum est ea Nobis responsa reddere, quae Praedecessor Noster praebere, morte praeventus, non potuit. Si quidem sanctae huic Sedi prorsus non licet illa omnia permittere, quae in istis regionibus ad ejus legis executionem postulari significastis. Verum duo sunt, quae haud parum Nos recreant, videlicet Vestrum pariter et Sacerdotum, qui sub vobis sunt, pro doctrina Ecclesiae tuenda, servandisque illius regulis studium, quod praedictis quoque ad Leonem XII. literis demonstratis, ac Serenissimi Borussiae Regis indulgentia, qui, ut pariter innuistis, ipse auctor quodammodo Vobis fuit, ut Apostolicae huic Sedi integrum rerum statum ingenue explicantes illam super anxietibus vestris consuleretis. Hinc enim merito considimus, non modo Vos rescriptis hisce nostris plane obsequuturos, sed ipsam quoque Serenissimi Regis Majestatem Vobis non succensuram, si eidem in rebus Civilibus ex animo obsecundantes, in

iis tamen, quae non civiles matrimonii effectus, sed ipsam attingunt matrimonii ejusdem sanctitatem, et religiosa conjugum officia respiciunt, sacras religionis catholicae regulas custodiatis. Itaque ad rem proprius venientes, haud Nobis opus est, ut Fraternitates vestras sacra omni doctrina peritissimas edoceamus, quaenam adversus mixtas, de quibus agitur, nuptias ratio sit. Ergo ignotum Vobis non est Ecclesiam ipsam a connubiis hujusmodi, quae non parum deformitatis et spiritualis periculi ipse se ferunt, abhorrere, atque idcirco Apostolicam hanc Sedem summo semper constante studio curasse, ut canonicae leges matrimonia eadem prohibentes religiose custodirentur. Quodsi Romani Pontifices a sanctissimo illo canonum interdicto nonnunquam dispensasse inveniuntur, id profecto graves ob causas et aegre admidum fecerunt, suisque dispensationibus adjicere consverunt conditionem expressam de praemittendis matrimonio opportunis cautionibus non modo ut conjux catholicus ab acatholico perverti non posset, quin potius ille teneri se sciret ad hunc proximis ab errore retrahendum, sed etiam ut proles utriusque sexus ex eodem matrimonio procreanda in catholicae religionis sanctitate omnino educaretur. Nostis autem, venerabiles Fratres, ipsas omnes cautiones eo spectare, ut hac in re naturales divinaeque leges sartae tectae habeantur. Quando quidem exploratum est, catholicas personas, seu viros, seu mulieres, quae nuptias cum acatholicis ita contrahunt, ut se aut futuram sobo-

lem periculo perversionis temere committant, non modo canonicas violare sanctiones, sed directe etiam gravissimeque in naturalem ac divinam legem peccare. Atque exinde jam intelligitis: Nos quoque gravissimi coram Deo et Ecclesia criminis reos fore, si circa nuptias hujusmodi, istis in regionibus contrahendas, illa a Vobis, aut a Parochis vestrarum Dioecesium fieri assentiremus, per quae si non verbis, factis tamen ipsis indiscriminatim approbarentur. Quare nos summopere commendantes zelum illum vestrum, quo catholicos vestrae curae commissos a connubiis mixtis avertere hactenus allaborastis, enixe Vos in Domino exhortamur, ut post hac pariter in id ipsum sedulo incubatis in omni patientia et doctrina: horum deinde laborum copiosam in coelis mercedem faciatur.

(Continuabitur.)

Roma.

Die 21. Nov. Emin. Cardinalis Ostini, Archi-Episcopus Resiensis (in secreto consistorio 30. Septembris 1831 in mente (petto) retentus et 11. Julii a. p. publicatus) pileum cardinalitium e manibus suaे Sanctitatis accepit. Post hunc solennem actum Sanctissimus Pater secretum consistorium habuit, in quo, praeter alios, hi Archi-Episcopi et Eppi praconisati sunt: Ut A. Eppus Varsovien-sis: D. Stanisl. Choromanszki; in A. Eppum Friburgensem Ignat. Demeter, metrop. Capituli Fri-

burgensis hucusque **Canonicus**, SS. Theol. Doctor; ad Eppatum Placentiae D. Lud. e domo Sanvitale transpositus ex Eppatu Arcis S. Domini; ad hunc vero Joannes Neuschel, ab Episcopatu Guastallae translatus. Ad Episcopatum Augustae Vindelicorum RR. D. Petr. Richarz a sede eppali Spirensi promotus; in Eppum Guastallae RR. D. Petr. Zanardi, Dioeceseos Parmae Presbyter, cath. Capit. ejatis **Canonicus** et SS. Theologiae Doctor. In Eppum Wladislaviensem RR. D. Val. Tomaszowsky, Dioecesis Varsoviensis Presbyter, et doceesis Wladislaviensis capitularis Dioeceseos Vicarius; in Eppum Augustoviensem RR. D. Paul. Strazsynsky, Presbyter e Dioecesi Lublinensis, Canon. et Capit. Vicarius metr. eccl. Varsoviensis, SS. Theol. Doctor; in Eppum Novae Granadae in America meridionali, per suam Sanctitatem recenter erectum RR. D. Jos. Georg. Torres y Estans, Praesbyter e Dioecesi S. Fe di Bogota, Can. et Capit. Vicarius ejusdem Ecclesiae, SS. Theologiae et Juris Canon. Doctor; in Eppum Ebron in partibus infidelium RR. D. Franc. Arn. Melchers, Presb. Dioec. Monaster. Doctor SS. Theologiae et Vicarius Gen. hujus Dioecesis.

Conditio Americae borealis.

Suffragia.

Memoratu dignae sunt literae cujusdam natio.
ne Germani Philadelphia die 18. p. m. datae, quas
hic, quoniam foederatae Americae borealis condi-

tionem — et fors aliorum etiam veteris orbis regnum — egregie adumbrant, plene communicabimus; haec vero habent: „Qui inde a novissimo decennio publ. negotiorum in foederatis Statibus bor. Americae decursum, ipsamque opinionis publicae manifestationem adtenta mente observaverat, eum magna illa conversio, quae in animis civium classis cultioris, praecipue illorum, quibus est intellectus praejudiciis liber, intercesserat, fugere nequit: quae conversio cum procellarum discrimine, cui internus Americae borealis status celeri gressu obviam properat, arctissimo nexu copulata est. Principium libertatis et aequalitatis, quod in jure hominis reponi amat, et ex quo Constitutio foederatorum Statuum ab origine derivata est, decursu temporis tanto certiore cum consequentia semet explicare debuit, quo confidentius crescens in dies nationis opulentia ac divitiae — quae situi potius singulari, foederatorum Statuum, propriisque dunt taxat loci adjunctis re vera adscribenda veniunt — constitutioni adtributae, ac proinde virtute hujus iura electionum, in quibus fons omnis salutis positus credebatur, missis quibusvis rerum naturae ac experientiae historicae rationibus, liberrime extensa fuerint. In cunctis ferme Statibus constitutio in hunc modum mutata est: ut adeo nunc jam virilem aetatem adtigisse, et aliquot mensibus, in quopiam horum Statuum morari alienigenis sufficiat ad consequendum ius liberi instar civis suffragia rendi. Itaque nuda fere et naturalis hominis conditio — excluso gravi injuria et inconsequentialiae

nota sexu sequiore — jus suffragiorum et civitatis tribuit, ut proinde summa potestas in manibus universae, sic conflatae, multitudinis collocata habeatur; — ast hujus rei sequelae sinistrae ne quidem in America emanere poterant, licet hic multo lentius, nec tanta cum violentia, quanta in quibusvis aliis populosis Europae regnis eventurum erat, effectus illi subsequantur: ubi scilicet ingenti dvitiarum et lucri cupidini, alias lubidines absorbenti, multo angustior campus relictus est, quam in hac republica. Nihilo minus inducti hujus rerum ordinis, — per quem summa decernens potestas in colluviem populi translata est, consequenter cultura, experientia et auctoritas moralis in exiguum minoritatem relegatae sunt, — naturalis effectus ne utiquam evitari potuit. Viri quippe probi, pacis et tranquillitatis amantes, famae integrae in electionum arena in dies plus de auctoritate atque influxu amittunt, et si non obstante frequente, eaque acerba experientia, quidam avertendi a patria imminentis discriminis desiderio victi, candidatorum syllabo semet adscripsere, hi vel sua principia ac sentiendi rationem immolare, vel certe erga coriphaeos factionum aut conpiraciones alicujus scopi potiundi caussa initas, tales obligationes, in se recipere adacti sunt, ut omnis deinceps eorum activitas et agendi ratio compedibus constricta fuerit. Si nihilominus sensa sua propria aliquo modo prodiderunt, eventurum certo exspectare poterant fore, ut proxima electione exauctorentur. Munera itaque et omnis generis magistratus ejusmodi homi-

num spolia evasere, qui semet turbae electorum acceptos reddere neverunt. Haruni rerum effectus sunt: increscens continuo magistratum contemtus, invalescentes magis magisque turbae, frequentes tumultus, aperta contra dispositiones ac jussa publicae potestatis reluctatio, damnanda denique in effroenos excessus legumque transgressiones indulgentia, etiam si haec fortunarum et personarum securitatem subvertere post se trahat. Idmodi transgressores inferiorum classium homines sunt, quorum favoribus Magistratus munera sua in acceptis referunt, et quorum displicentia eosdem, exacta paulo post officii periodo, nova electione potestate in perpetuum spoliare consuevit. Sub talibus auspiciis crescens in dies malum sapientiores necessario adtentos reddere debuit; itinera varia, diuturnior item in Europa mora, caetera praestitere. Peculiares de hac animorum conversione licet facere observationes, cum talia semet judicia manifestent, quae ante decem annos inaudita, nemini in mentem venire potuissent. Nunc jam apud plerosque eorum, qui perse sapere et usum rationis suae facere norunt, nimius erga metaphysica Americanae constitutionis fundamenta zelus plurimum refrixit, et vitae rationis europeae contemtus, ex ignorantia aliorum regnorum morumque ortus, evanuit. Ratione inversa et evidentissima contradictione cum iis, quae in Europa declamantur, typis eduntur, atque aguntur, hic duce experientia quotidiana, quam, explicante semet magis magisque principio democratico, abunde consulere licet, inter democrati-

cam et monarchicam formam comparationes instituuntur, per quas posterioris praestantiae nequam derogatur. Quaestio illa in medium proferatur, et magna sensorum libertate agitatur: an non id, quod secundum ipsa etiam Americanae scholae placita, cunctarum civilium societatum scopum constituit — proprietatis, libertatis et jurium personalium securitas — sub potestate monarchica, amoris ac venerationis vadimonii gaudente, certius sartum tectumque praestari possit, quam sub democratica, saepe recurrentium electionum tempestibus agitata. Frustra alioquin similia sensa in publicis paginis quaesieris, quae peraeque majori suffragiorum (Praenumerantium) numero blandiri coguntur; nec quisquam candidatorum, munera publica ambientium, electorumque suffragia prensantium, in conventiculis similia sensa vel eminus prodere audebit, quae hucusque classis populi, numero minoris, propriatem constituunt, prout scilicet sana cogitandi ratio ac libertas praejudiciis immunis ad minorem hanc populi tribum plerumque refugere convevit. Interim pro gravi sane temporis indicio haberi potest, quod e. g. celebris juris peritus, etiam in Anglia notissimus, J. Kent, qui Neo-Eboraci diu supremum Judicem (Chancellor) egreditur, quive hodie quoque in subtili et gravi juris problemate consuli solet, in frequentissimis saepe socialibus conventiculis palam et absque ambagi- bus plures Europae monarchias velut optimas, et modernis rerum adjunctis convenientissimas dilaudat. Diuturnior quippe mors in Germania intelle-

ctualem ejus sphäeram adauxit, animumque ab omnibus praejudiciis liberavit. Adfirmare licet, gravem ejus, omni cum candore prolatam sententiam animos auditorum mirum in modum perculisse. — Magno tamen hoc politicarum veritatum apud cultiores progressu nihil obstante, in graviis versatur errore, qui hinc proximam rerum ad salutaria mutationem exspectaret. „Majoritas“ enim — omnipotens illa civitatis hujus divinitas — culturae, sapientiae et experientiae gradu longe inferior, ab altioribus talium virorum obtutibus in perpetuum, vel in longum adminus tempus remota manebit, seriaque illa sollicitudo animos proprius occupat: Foederatos Americae Status atrocissimis prius perturbationum procellis subactos, gressum retracturos, et ad saniora reversuros.

v. * e B.

Ingens democraticae amicitiae pretium.

Paginae universales Karlsruhenses recensent, quanti venierit Helvetiae 1798 amicitia gallica, in hocce exemplo: Quod Galli in Pago (Kanton) Bernensi partim in metallo, partim ex annonae, salis et vini promtuariis rapuerunt, ad 80 milliones fr. aestimatur, pulveres item pyrios pro 600 tormentis in valore 24.000 lib. st. ademerunt. Praeda omnis, in tota Helvetia acta, levi calculo 120 milliones fr. adaequat; exactionibus et spoliis particularibus eo non intellectis. Sic inter caetera documentis comprobatum est, Generalem Brune, de quo Neme-

sis serius atroci adeo nece vindictam sumsit, per suam vix 6 hebdomadarum Bernae moram, praeter notabilem aureorum, ad proprietatem curiae civicae spectantium, numorum copiam, 22 elegantes rhedas privatorum secum partim abstulit, partim divendi curavit. Valor equorum et suppellectilium diversi generis, quae e villis familiae Erlach in praedam acta sunt, in 300.000 franc. computatus est. Ambo vigiliarum Generales Rampon et Pijon, qui etiam in historia imperii suas agebant partes, singulatim 216.000 fr. secum sustulerunt. In eadem proportione Prostes caeterique italici exercitus Officiales ratione muneris ac dignitatis pro se quisque rapiebat. Commissarius Directorii, Rapinat, summus Dux Schauenberg et Quaestor copiarum Roublier, quilibet seorsim 1 millionem franc. extorserunt, praeter 20 fr. a centum, quos hic a quovis literario documento in favorem annonae procuratorum dato, desumserat, quod solum ultra 350 millia franc. effecit. Primus a Secretis, Toussaint, Bernae ultra 150.000 fr. surripuit; Camerarius ejusdem Nicolaus 500, alter 400; Basin, Agazonum magister 250, et Coquus 160 Ludovici aureos furati sunt. Rapinat, aestimatissimi Arenberg a Secretis, summula 300.000 fr. contentus fuit. Schauenberg conviviorum, ligni focalis, luminis etc. expensas omnes in apochis (Bons), ad publica promtuaria regiminis Bernensis exscriptis, Domino Rapinat solvit. Exemplum hoc etiam Rouhiere imitatus est. Munuscula, quae Generalis Lorge, et frequentissimi bellici mandatarii sibi suisque uxori-

bus offerenda procurarunt, centena millia efficiunt; Urbis Sitten depraedatio 165.000 fr. reddidit. Tam caro venierunt theoriae, et amicae Helvetiam inter ac Galliam „per saecula cultae“ correlationes!

v. * e G. B.

Pauperes in Europa.

D. Villeneuve Bergmont in suo statistico opere numerum pauperum in Europa, inter 226,445,200 incol., 10.897.333 efficere adstruit, quos hac ratione partitur: Anglia habet 3.900.000 pauperum, seu $1/6$ omnis populi, cuius numerum ad 23.400.000 aestimat. Labor ibi per machinas confectus aequalis est 190 millionum operarum. In Germania, quae agricultura potissimum occupatur, circa 680.000 pauperes dantur seu $1/20$ incolarum. Agricolarum numerus ter major est, quam eorum, qui manufacturas exercent. In Austria, teste eodem opere, ratio pauperum ad totum populum se habet ut 1 ad 23, seu 1.283.000 ex 32 millionibus. Dania eandem fere exhibit proportionem; pauperes respectu impopulationis se habent ut 1 : 25, et agricolae ad fabricatores ut 4 : 1. In Hispania, inter 13 millions 900.000 incolarum, 450.000 dantur pauperes, seu 1 inter 30. Agricolae ibidem ad manufacturarum operas se habent ut 5 : 1. In Gallia 1.600.000 pauperum censentur inter 32 millions incol., seu 1 inter 30. In Italia ratio est ut 1 : 25, scilicet 750.000 pauperum vivunt inter 19.044.000 incolas.

Belgium et Hollandia fere cum Anglia in eadem proportione esse existimantur. Pauperes ibi se habent ad populum ut 1: 7. In Portugallia inter 3 milliones 530.000 incolarum 141.000 pauperes numerantur. Borussia inter 12.700.000 incolarum 425.000 pauperes alit, itaque 1 inter 30. Russia europaea censem 52.500.000 animarum, inter has 525 mille pauperes; seu 1 inter 100. Manufacturae ibi in humili adhuc gradu sunt. Svecia habet 3 miliones 866.000 incolarum, inter quos 154.000 pauperes seu 1/25. Helvetia inter 1.724.000 incolarum 17.000 pauperes numerat.

v. *

Parisiis.

Administratio instituti cibarii Parisiensis anno 1834 aluit 12.729 homines; in nosocomiis eodem tempore 66.521 infirmi intretenebantur, 75.250 aegroti recepti; et 16.417 exp̄siti infantes, tum 1037 orphani publica cura provisi sunt. Ex his infantibus inter quatuor unus mortuus. E 66.521 infirmis 56.862 recepta valetudine sponte nosocomia deseruerunt; 4534 adhuc sub cura medica fuerant; 5305 sunt mortui, ac proinde 1 mortis casus ad 12. Medio pretio unius infirmi per diem intertentio 1 fr. et 63 cent. effecit.

v. * e R.u.K.F.

Pastor bonus.

A. R. D. Joannes Alagovich, Parochus Magyar-Szölgyénensis, per Districtum Strigoniensem

Cis-Danubianum Scholarum Nationalium Inspector, et V. A. Diaconus, I. Cottus Strigoniensis Tab. Jud. Assessor, cum fine anni 1836 vivere in mundo desit. Qualis Pastor creditarum curae suae spirituali ovium extiterit, colligere licet e testamentaria ipsius dispositione, juxta quam, demtis 400 aureis, quos fratri suo legavit, totius substantiae suae haeredes esse voluit pauperes suos parochianos Szölgyénenses. Exemplum profecto laude ac imitatione dignum!

c. A. V. P. Lad. Mindszenti.

J. Körmöczi, Superintendens.

Claudiopoli die 15. Dec. Ecclesiarum Unitarie Religioni in Transilvania addictarum Superintendens, Joannes Körmöczi, nudius tertius aetatis 74. anno ex appoplexia, quae diuturnam debilitatem subsecuta est, vitam clausit. Cadaver ejus in frequentissimo omnis conditionis ac religionis incolarum comitatu ad cryptam templi Unitariorum funere ilatum est.

v. * e E. H.

Templum Jesuitarum Leopoli.

Archi Episcopus et Primas Galiciae die 21-ma Aug. p. a. conveniente solennitate ecclesiam, affabre aedificatam olim Societatis Jesu, huic Ordini tradidit. Archi Episcopus Primas sub solenni Missae sacrificio ipse pontificavit, et concioni sacrae lin-

gva germanica habitae intersuit. Cultus. divinus in
hac ecclesia deinceps sicut ante 63 annos a Presby-
teris praedicti Ordinis habebitur.

v. * e K. u. R. F.

Sic vos non vobis.

Dresda haec scribunt de 19. Dec. „Quidam na-
tus Saxo, 1813 gallica signa secutus, tardius in Al-
geria militans, nuper huc adpulit, haereditatis per
suum antesignanum in mortis agone sibi relictæ
adeundæ gratia. Haereditas haec consistit in do-
cumentis literariis, quæ accuratissime locum indi-
cent, ubi prope Dresdam in deserto Langenbrük-
kensi fato functus testator, 1813 munere Commis-
sarii bellici (quaestoris milit.) in hac regione or-
natus, dum Napoleon Budissa (Bautzen) Lipsiam
cum exercitu recederet, arcam aerarii bell., 2.000.000
lib. continens terrae infoderat. Prima investigatio
sub publicae auctoritatis superinspectione suscepta,
thesaurum nondum prodidit. — Ratio, ob quam
gallicus Commissarius bellicus ipse jam antea pe-
cuniā recipere non tentaverat, homicidium esse
fertur, quod imperfecto officiali socio, qui una pe-
cunias comitabatur, patratum est, cujus cadaver
ibi inhumatum fuit. Sceletus humanus tentatis ef-
fessionibus revera inventus est.

v.*

L o g o g r y p h u s.

Ad cytharam Regi cantabar: scindito crines;
Meque inter priscos Hungare! quaere Duces.

*Notissimae Romanorum Pontificum declaratio-
nes de mixtis Matrimonii.*

(Conclusio.)

Juxta haec igitur quoties praesertim catholica aliqua mulier viro acatholico nubere velit, diligenter ab Episcopo seu a parocho edocenda erit, quae nam circa hujusmodi nuptias canonum sententia sit, serioque admonenda de gravi scelere, quo apud Deum rea fiet, si eos violare praesumat: et maxime opportunum erit, eandem adhortari, ut meminerit firmissimum illud nostrae religionis Dogma, quod: extra veram catholicam fidem nemo salvus esse potest: proinde que agnoscat se in filios, quos a Deo exspectat, jam nunc crudelissime acturam, si tales contraxerit nuptias, in quibus sciat illorum educationem in viri acatholici arbitrio futuram. Quae quidem salubria monita erunt etiam prout prudentia suggesserit, iteranda eo praesertim tempore, quo nuptiarum dies instare videatur, dumque consuetis proclamationibus disquiritur, utrum alia sint, quae illis obstant, impedimenta canonica. Quodsi nonnullis in casibus paterna hujusmodi sacrorum pastorum studia in irritum cadere contingat, tum sane abstinentum erit a catholica eadem persona censuris in illam nominatim expressis corripienda, ne tumultus aliquis excitetur, et graviora rei catholicae mala obveniant; sed alia ex parte abstinere etiam catholicus pastor debet non solum a nuptiis, quae deinde fiant, sacro quocum-

que ritu honestandis, sed etiam a quovis actu, quo approbare illas videatur. Quam circa rem illud solummodo in nonnullis locis toleratum est, ut parochi, qui, ad graviora rei catholicae incommoda avertenda praesentiam suam contrahendis his nuptiis praestare cogebantur, paterentur quidem eas ipsis praesentibus confici (si scilicet nullum aliud obstaret canonicum impedimentum) ut auditio utriusque partis consensu, deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimoniorum librum referrent, sed caverent semper ab illicitis hujusmodi matrimoniis ullo suo actu approbandis, multoque magis a sacris precibus et ab ecclesiastico quovis ritu eisdem admiscendo. etc.

Post haec supervacaneum ducimus, Venerabiles fratres, Vos excitare ut attendatis, quanta prudentia hisce in casibus agendum sit, ne catholicae religioni creetur invidia, quandoquidem Fraternitates vestras id probe nosse compertum Nobis exploratumque est. Sic agite igitur, sicque a vobis admoniti agant Parochi, ut omnes videant catholicos sacerdotes non alio quam officii sui adimplendi spiritu animari, ut in iis, quae religionis sunt, Ecclesiae Regulas servent, ipsosque eodem spiritu duci, ut in iis, quae civilis sunt ordinis, Regias leges non propter servilem quendam metum, sed propter conscientiam custodiant. Nobis quidem vehementer dolet, quod Vos ab his, in quibus estis angustiis penitus eximere non potuerimus. Sed nolite desicere animo. Ipse Serenissimus Rex, qui propensam in catholicos sibi subditos volunt-

tem solemniter patefecit, factoque ipso aliis occasionibus comprobarit, non patietur (ut plane confidimus) in hoc negotio, quod religiosa vestra officia directe afficit, Vos diutius exagitari; sed anxietatibus vestris pro sua clementia commotus, et Nostris pariter votis obsecundans, Vobis remittet, ut religionis catholicae regulas, hac etiam in reservare ac exequi libere valeatis. Quod ut feliciter eveniat, a Deo, in cujus manibus corda sunt Regum, suppliciter implorandum est; quemadmodum assiduis precibus Nos facimus, et Vos pariter enixe facturos non dubitamus. Interea praecipuae, qua Vos complectimur, caritatis testem esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam Fraternitatibus vestris, nec non omni Clero ac fidei Populo vestris curis concredito permanenter impertimur. Datum Romae die 25. Martii 1830.

s. Ill. D. Eppus Rosnav.

Poligamiae apud Russiae muhamedanos sensim minuendi ratio.

Si apud muhamedanos Russiae incolas uxori viri muhamedani posthac ad Christi fidem conversa fuerit, matrimonium tum tantum perdurare poterit, si vir semet ad dimittendas omnes caeteras uxores, et ad totam reliquam vitam cum sola conversa agendam obligaverit. Secus conjugium dissolvitur, et conversae mulieri ad aliud matrimonium transire liberum relinquitur.

v. * e B.

Reflexio de censura Saxonica.

Dum in Alvearis Nro 1. p. 14 et 15 fragmen-
ta e decreto Regis Saxoniae de censura librorum
legerem, vehementer mirabar, me inter praeclara
illa praecepta, quibus Princeps, Civitas, Foedus
Germanicum, pax et tranquillitas publ. etc. sarta
tectaque praestantur, de religionis et ecclesiae ad-
versus impiorum pravissimos adsultus tutamine ne
mentionem quidem injectam invenire; neque ta-
men fieri posse putabam, ut sapiens adeo gubern-
ium molimina recentiorum temporum ipsa expe-
rientia edoctum, inter provida sua remedia Reli-
gionis nullam rationem habuerit; cum tamen eam
— velut omnis efrenatae libidinis, injustitiae, pra-
vitatis verbo scelerum quorumvis maxime salutare
frenum — una firmissimum throni, legitimae po-
testatis ac proinde securitatis publicae fulcrum con-
stituere nemo sanus negaverit. „Nisi enim
Dominus custodiverit civitatem“, ait
Psaltes 126. ps. 2. v. „frustra vigilat, qui
custodit eam“. — Haec animo volvens ipsum
fontem, unde fragmenta illa excerpta sunt, adeun-
dum duxi, quo facto in provocatis „mensariis Pa-
ginis*)“ Nro 48 p. 1519 in magnam mei consolatio-
nem reperi: Decreto illo regio „cuncta etiam
ejusmodi scripta, quae disciplinae, bo-
nis moribus et decori externo quoquo
modo adversa sunt, aut quidpiam eo-

*) Börsenblatt für den deutschen Buchhandel.

rum, quae religioso et ecclesiastico ritu sancta sunt, ludibrio et contemtui exponunt, quaeve dissidia ac intolerantiam inter diversas confessiones excitant, a prelo arcenda praecipiuntur.“

Haec igitur instar supplementi ad excerpta memorata Alvearis addere oportet.

c. T

*Exemplum sermonis,
quo D. O' Connell ad populum utitur.*

Generalis associatio, quae auctore Domino O' Connell coaluit, rapidissime per totam Hyberniam propagatur. Conventus ejusdem Dublini die 10. Aug. p.a. celebratus adeo frequens fuerat, ut is, quemadmodum Ephemerides Dublineenses scribunt, „pulcherrimis etiam catholicae associationis diebus (ante latam emancipationis legem) honori cessisset.“ Postquam magno numero nova commembra recepta fuissent, D. O' Connell annunciat, se, prout antea nomine omnium suorum descendentium symbola in ad aerarium societatis submiserat, etiam pro recens nata nepte sua eandem persolvere. Post haec circulares, ad populum hybernicum a se datas, praelegit, in quibus ad ineundas uniones invitat contra rixas et verbera, quae in Grün-Erin (Hybernia) ad acceptissimas plebis exhilarationes pertinent.

„Cupimus“ ajit in literis „socialem Hyberniae characterem generosiores reddere, suam operis

mercedem, agricolis vitam commodam, opificibus
merendi campum et lucrum, commercio secundam
fortunam atque emporium, omni denique hyber-
nico populo felicitatem ac libertatem procurare.
Scopo hoc patriotico et christiano unionem hanc
inivimus. Nullum sectarum inter nos aut religionis,
tribuum aut status discriminem agnoscimus. Studia
nostra in communem patriam vinculum constituunt
societatis hujus, et universalis christiana caritas est
sigillum unionis nostrae. Consilium, quod vobis da-
mus — et faxint Superi, ut eidem ita, ac si iprae-
ceptum esset, obtemperare velitis — istud est:
„Contineatis vos omnes ac singuli a rixis et certa-
minibus in nundinis, aliisque conventiculis, a via-
rum insidiis, mutuisque verberationibus. Quilibet
vestrum, qui post solennia haec monita ad tumultu-
tus aut rixas in nundinis, aut aliis conventiculis
immiserit, aut qui per vias aliis insidias struxerit et
aliquem caeciderit, is velut Hyberniae hostis, mi-
serabilis et abjecta creatura, indignus prorsus ha-
beatur societate honestorum virorum, qui in vo-
tis habent, ut Hybernia, quemadmodum Poëta
ait: „gloria celebris, pulcherrimus flos terrae et
princeps maris margarita“ sit. — Rationes, cur ab
omni certamine ac tumultu abstinere debeatis, hae
sunt: 1) Insania est et vesana consuetudo mutuo
se invicem verberare, quod dolores adfert; nec
verberator, nec illius familia quidquam lucri inde
habent, imo pessime hoc illis cedit. Revera est hoc
aliquid valde stultum. 2) Hyberni sunt soli, qui
absurdum hunc morem, semet mutuo verbe-

randi, retinent; ideo ab omnibus, qui hoc audiunt, irridentur et contemnuntur. Facere autem aliquid, propter quod totum regnum ludibrio et contemptui exponitur, non ne foedum est? 3) Consuetudo haec est valde barbara, homini prorsus indecens, et solis feris bestiis propria. 4) Singulo cuique plurima adfert infortunia. 5) Regimen decrevit, et quidem sapienter, ac jure, forti legum ac justitiae brachio, ipsaque ope militari tumultus et rixas suppressimere. Hoc est primum a 600 annis in Hybernia regimen, quod populo, quantum potest, legum ac justitiae protectionem tribuit. Populum quoque adversus se ipsum tuebitur; qui consilio nostro obsequi noluerit, ad id cogendus erit. 6) Regimen sapientissime in quovis comitatu ad persequendos tumultus Procuratorem (Fiscum) constituit. Litem autem conventione—uti dicunt „sub manu“—componere non licebit. Lex severissimam poenam praescribit. Audite itaque et perpendite bene, hodiernus Gen.-Procurator, ipse catholicus, tumultibus atque rixis finem imponere firmiter statuit. 7) Tumultus hi et verbera non tantum humanis, sed multo magis adhuc morum ac religionis legibus scelus constituunt. Lex divina praecipit, ut vosmet invicem diligatis; at vero eidem prorsus non obsequimini, sed illos, quos amare deberetis, verberatis, offenditis, vulneratis, occiditis. Rubrum Dei ulciscens brachium elevatum est ad puniendos omnes eos, qui proximi fundunt sanguinem. Quisque proborum sclera vestra abominatur. Cavete, ne iram Dei contra

vos et diu oppressam patriam nostram provocetis. — Et haec sunt quaedam, hybernici concives, e praecipuis et validissimis rationibus, ob quas stultae et abominandae verberationes in perpetuum exulare a nobis debebunt. Ineant itaque boni ac probi inter se societatem, foedo huic vitio finem imponendi gratia. Quamlibet communitatem, in qua consuetudo haec viget, hortamur, ut exemplo associationes pro suppressis tumultibus et certaminibus conflare satagant. Edocete nos, in quot et quibus communitatibus ejusmodi uniones coaliuerint. Quilibet honestus et bona existimationis juvenis semet eidem adjungat oportet. Sit inter nos (sic clauduntur literae) pax et concordia, validissima unionis catena, quae legi conformata, et per constitutionem sancita, nos adversus nostros, vestrosque inimicos invincibiles reddit.“ Daniel O' Connell, Praeses Deputationis.

v. * e B.

Paries argenteus in Cathedrali Kasan.

Petropoli in cathedrali Kasaniensi ita dictus paries Sanctorum ex argento, hosti anno 1812 ademto, et ab exercitu Kosakorum Tanaim accolentium dono oblato, paratus, ea, quam nobile donum exposcebat elegantia et perfectione consummatus est. Media inter victoriae tropaea, per russicum exercitum hosti detractata et in hac Cath. asservata, plium hocce oblatum praeclarum praestabit postoris monumentum de fortitudine Kosakorum in illo

bello comprobata, et de fide in providentia divina locata.

v. *

F e s z l e r.

Dr. Feszler, octogenarius senex (antea Capucinus in Hungaria, tum sub Imperatore Josepho II-do Viennae, dein Professor Lembergæ, postea Protestans, Maritus, Generalis Superintendent) novissime semiseculare Doctoris-Jubilæum Petropolis celebravit. Feszler suam propriam biographiam in uno amplio volumine typis edidit (dolendum, quod non tam eventus vitae sua, — quemadmodum id in omnibus suis non tantum romanensibus, sed etiam historicis operibus facere solebat, — quam obtutus suos singulares, visionibus mixtos, proponat: sive ita sibi persvadens, sive tantum aliis ea persvadere volens, et individualitatem suam seu cogitandi rationem propriam et privatam cuique argumento indens, ut vere dici possit Attila, Mathias Corvinus etc. etc. Feszlerianus; item in suprafata biographia Feszler Feszlerianus.) Historia quoque Hungariae et aliis operibus celebrem se reddidit.

v. * e R. u. K. F.

Spiritus Seculi.

Tigurio. „Autochiriae hic tristissimum in modum multiplicantur. Quaedam paginae hujae caussam in rationalismo quaerunt, verisi-

militer ideo, quia suicidium valde rationabile quid est! — Rectius fons mali invenietur in spiritu mundo, in materiali contentione generis humani, quod hodie industriaem aestimat, divitias adquirendi ergo, de sublimiori autem bono, de obligationibus et virtutibus, de Deo et divino mundi systemate nec somnatur quidem. — Recte vero utrumque! dic primum causam principalem, aliud effectum paebebit.

v. * e R. u. K. F.

J a f f a.

Jaffae pro iis, qui Hierosolymas peregrinantur, Lazarethum erectum est, et quidem sumtibus Graecorum et Armeniorum in Palaestina, siquidem regimen aegyptiacum vel teruncium dare detrectaverat.

v. * e R. u. K. F.

Templum Hierosolymitanum

Parisienses vespertinae paginae officiales haec scribunt; „Quoniam illa pars templi Hierosolymitani, in qua Armenii communiter cultum divinum proprio ritu peragere solebant, restauratione opus haberet, obtento Sultani decreto facultas iisdem tributa est, ea, quae necessaria essent, propriis sumtibus in effectum deducendi. Interim Patriarcha graecus, qui templum tamquam proprietatem suam respicit, et cui divinus cultus per Catholicos et Armenios ibidem exerceri solitus toleratus dun-

taxat videtur, contra decretum Sultani protestatus est, legatique Russici Dni Butenieff patrocinium Constantinopoli exoravit. Ad factas hujus interpellationes Porta decretum retractavit, itaque Russia jam nunc in potestate habet ambas memoratas Confessiones jure, quo ad ecclesiam sepulchri Domini a memoria hominum gavisae fuerant, spoliandi.

v. * e E. Z.

Collecta pro alumneo prolium militarium alterius sexus Viennae.

Communi omnium aestimatione et amore gaudens Episcopus Castrensis Viennae Leonardus, Vir abnegatione sua clarus, pietatisque ac virtutum exemplar, ante breve tempus 80.000 fl. c. m. eum in finem numeravit, ut ope hac pro militibus sexus foeminei prolibus institutum erigatur. De adornando plene instituto, quod ob levius mediorum vitae pretium, ad Fanum S. Hippolyti verisimiliter locabitur, consilia ineuntur, sperarique certo potest fore, ut institutum hoc sub aegide regiminis austriaci, salutaria quaeque caepa strenue protegentis, tum solerti celerique Procuratorum altioris dignitatis opera, necessitat, qua exercitus caeo-regius hucusque laborabat, brevi subveniatur. Numerus pullarum ad institutum recipiendarum 80 efficiet. An pius Episcopus summam hanc notabilem parsimonia vel ut benefica oblata collegerit, non constat.

v. * e R. u. K. F.

Catholici Missionarii in Imperio Sinensi.

Dum Missionarii protestantici orbem terraqueum suis relationibus, bibliis et commentariis inundant, quin magnos in convertendis ethnicis progressus facerent, gallici Missionarii in Sinensi Imperio, quos jam pridem deletos putare licuit, quoniam nulla de iis fama audiebatur, plurimum proficiunt. Sacerdotes catholici inde a quinque annis Peckino proscripti fuerunt, quive in provinciis reperiebantur, in urbem Macao relegati sunt; ast gallici Lazarini, quibus nec pecuniae nec amicarum defuere, ad conservandas in Sinensi imperio catholicas ecclesias, in silentio strenuam navant operam, et quidem tam felici eventu, quem sperare ipsi vix ausi fuissent. Quovis ab aliquot lustris anno duos aut tres juvenes sacerdotes europaeos in Sinam mittunt, qui absque strepitu ad praecipuas missionum in meditullio Imperii sedes semet conferunt et opus conversionis prosequuntur. Hoc tempore in omnibus provinciis dantur ecclesiae catholicae, quae in pluribus locis publica habent sacella, cultumque divinum libere absque omni infestatione peragunt, postquam e conversis Sinensibus sacerdotes formassent, eorumque ope, quantum licuit, uti caepissent. Duo in hunc finem seminaria erexerunt, in urbe Macao alterum, pro meridionalibus provinciis, unde candidati Manillam mittuntur, per Archi-Episcopum ejatem ordinandi; inde revertentes ad interiora Imperii redeunt, ubi

in gremio communitatum ita securam et tranquillam agunt vitam, quemadmodum sacerdotes in Europa. Alterum seminarium in Mongolia trans murum sinensem existit, ubi Clerus pro regionibus borealibus et pro civitate Peking educatur; nam, quod omnem fidem superat, Pekini frequens ecclesia, quae 20.000 animarum censet, conservata est, et a duobus gallicis sacerdotibus regitur, cum eminentior ecclesiae gubernatio suprafatis sinensis sacerdotibus concredi nondum possit. — P.P. Provinciales semper europaei sunt, quamquam necessitas, hos suspicioni regiminis substrahendi, et clandestinis itineribus circummittendi missionibus plurimas adferat difficultates. In ipsis adeo permultis capitalibus civitatibus cultus christianus publicus prorsus est; in Tschingtusu, metropoli provinciae Setschuen, christiani in magno urbis caementerio sepeliuntur, sepulchra cruce aliisque christianis symbolis insigniuntur, etc. Regimen, donec europaeos adesse non advertit, plenam erga christianos exhibet tolerantiam, et quia christiana communitates generatim bonis moribus, et tranquillitate semet distingvunt, magistratibus plerumque valde acceptae sunt. Quamprimum itaque ecclesia quaedam constituta est, ea periculum deinceps non facile subit, et singularis administrandae reipublicae ratio in Sina vadimonio est, quod prima exordia ecclesiarum illico haud supprimantur. —

v. * e V.D.

Salutaria beneficentiae opera.

E regione Csesznek I. Cottus Veszprim: „Inter frequentia illa beneficia, quae Exc. D. Jos. Kopácsy Episcopus Veszprimiensis in Patriae, inque Dioecesis sua gremio in concives, ac fideles suos Dioecesanos maximo cum fructu conferre nunquam cessat, quorum jam paginae publ. per vices meminerunt, absque gravi ingrati animi labe reticere haud possumus illam Excellentissimi Praesulis munificentiam, qua ad provehendum ruralium scholarum florem pauperioris sortis sed assidui conatus scholares libris doctrinae religionis aliorumque convenientissimorum argumentorum hungaricis donare et ad diligentiam exstimulare; docentes autem praemiis ad solertiam continuandam excitare nunquam desinit; denique V. A. Diaconos, velut scholarum superinspectores ad obeundum tanto alacriori animo hoc munus non solum jussis paternis adstringit, sed additis e proprio ad salario eorum 66 fl. 30 xr. liberali manu erigit, quos praeterea bibliis novissime eleganter editis, Theologia item Kramerrii, tum Georgii Fejér libro de sacramento altaris, et Szkalnikii de obligationibus quoad religionem Conjugum mixti matrimonii, nec non periodici scripti hung., „Tudományos Gyűjtemény“ fasciculis integri anni illa conditione donavit, ut libros hos cum districtus sui Parochis, aliisque literarum amatoribus legendi gratia communicent. Merito itaque tantam tamque beneficam patriae columnam grati animi sensa, atque benedictio comitantur.“

v. * e H. T.

In typographia Belnayana praeter alios communis utilitatis libros infra recensiti haberi possunt ea conditione, ut emitis tribus exemplaribus quartum quodque absque pretio addatur.

Kramer. Examen Schediasmatis etc. 1823.
1 fl. 30 xr. valut.

Kramer. Fragmenta de sola salvifica. VI. Tom.
1824. 5 fl. v.

Moralis Philosophiae Christianae de virtutibus ac
vitiis. 40 xr. v.

Becker, Dissertationes Theologicae II Tom.
1803. comp. gall. 4. fl. v.

Stimulus Compunctionis et soliloquia etc. 40 xr.
Bárdosy, Moldaviensis vel Scepusiensis Deci-
mae indagatio 50 xr.

Fragmenta ad Historiam Ecclesiasticam Hungar.
II Fasciculi. 30 xr.

Concordatum et Collectio Bullarum SS. P. N. Pii
VII. Pont. M. etc. 30 xr.

Controversia SS. Cypriani et Stephani de Bapti-
smo. 50 xr.

De eo, quod Canones, vulgo Sardenses sint
revera Canones Nicaeni. 1 fl.

Terzago (Nicol. Eppi Narniensis) Instructio
practica de fidelij administratione Sacramenti
Poenitentiae etc. 1 fl. 36 xr.

Historia Rei Literariae et bonarum artium in Hun-
garia. Aloysii Belnay. 1 fl.

Georch (Elias) Jus Patrium III. Lib. 4. fl.

Ars longaevae hilarisque vitae. 1 fl.

Seneca Christianus. 30 xr.

Manuale Catholicum. 48 xr.

Principia Politiae, Commercii et Rei aerariae,
Wolfg. Beke. III T. 5 fl.

Theophron, vagy a' tapasztalt tanáts adó a'
tapasztalatlan ifjúság hasznára. 1 fl. 30 kr.

Bentsik Jós. Az emberi kötelességek' rajzo-
latja rövid erkölcsi oktatásokban. 1 fl.

Németh Mihály. Mindennapi lelki taplálás.
II Köt. 1824. 4 fl.

Egymással való barátságos beszélgetés, Holló-
si Egyed által. 48 kr.

Svastics (Csétséni Ignátz) Magyarok Histo-
riája. III Tom. közára 4 fl. 30 kr. vált.

Virág Koszoru, a magyar ifjúságnak szelid
mulatságára 1827. borítékban, kötve 1 fl.

A' Magyar Zászlósságról (de Banderis) T. Vá-
rad y János által, kötve 1 fl. 30 kr. borít.

Török, Ünnepi és böjtje egyházi beszédek. 1 fl. 10 k.

Alexovics (Basil.) Ünnepi és Vasárnapi az
esztendő négy részeire felosztott Prédikációk.
V Kötet. 6 fl.

Egy Hazafinak vélekedése némelly Gazdaságbeli
körülményekről. 12 kr. 's a' t.

Literaria Annuntiatio memoria digna.

Posonii in bibliopolio Philippi Korn nunc
prorsus comparuit, et apud bibliopolam Mayer ac
socios Viennae in platea „Singer“ dicta, tum Pestini
apud bibliopolam Jos. Eggenberger haberi potest:

„Bibliotheca Hungarica“ seu Index

Librorum de Regno Hungariae, Archiducatu Au-
striae, regnis Bohemiae, Longobardiae, Venetiarum,
Galiciae, Illyrico, Moravia, Styria, Tyroli etc.
agentium, et in bibliopolio supradicti Philip-
pi Korn in tractu arcensi moderato pretio com-
parabilium.

Premium Indicis Nro. 1. est grossus c. m.

*Monumentum Leoni XII. Pontifici per Suc-
cessorem Gregorium XVI. positum,*

Roma 24. Dec. Magnanimitas regnantis nunc Pontificis, Gregorii XVI-i, praecclara animi virtute, gratitudinis scilicet, ducta, ad extremum ac solenne officium erga gloriosae memoriae praecessorem, Pontificem Leonem XII., per quem ad dignitatem Cardinalis evectus fuit, praestandum permota est. Die 22. h. monumentum, in basilica Vaticana dicti Principis memoriae erectum, publico conspectui patesfactum est. Opus hoc propriis prorsus suae Sanctitatis sumtibus per sculptorem, equitem Jos. Fabris, perfectum est. Eximius hic artifex tum inventione egregia, quum monumenti totius opere felix suum ingenium et excellentem in arte, quam profitetur, dexteritatem, comprobavit. In hoc monumento Leo XII. conspicitur prouti aperata porta sancta post exordium anni, pro fidelibus catholicis jubilaris, e podio Vaticani apostolicam impertitur benedictionem. Princeps itaque Ecclesiae in omni ornatus sacerdotalis majestate, et cum venerando triplicis regni in capite symbolo, sistitur. Manus pro benedictione elevans, sublatis oculis facies tantum pietatis typum praesefert, ut persentiscere quisque sibi videatur, quemadmodum is caeli benedictiones revera super terra diffundat. Quatuor cardinales throno Principis adstant. Agnoscuntur in iis, Decanus sacri Collegii, Pacca; Cardinalis Vicarius sub Leone XII., Zurla; Cardinalis Odescalchi, qui sub regnante nunc Pontifice co-

dem fungitur munere; denique Cardinalis antea (nunc Pontifex) Capellari; et reipsa hic opinione artificis locum eum in monumento occupare potest, quoniam eodem adhuc anno sancto Cardinalis creatus est. Ingeniosa haec cogitatio opportune ipsam compositionem explicat, dum una comitatum, quem principes ecclesiae apud Pontificem reformare solent, indicat; in hunc scopum deserviunt etiam in postcenio monumenti expressa flabella. Supra arcum ad scutum gentis Genga effigies Religionis et Justitiae utrinque semet inclinant, et facili, molli, ac una magnifico stylo, nec non solitis attributis semet distinguunt. Summa monumenti elegantem, et aptissimam allegoriam constituit, tantamque simul majestatem ac magnificientiam exhibet, quanta in constricto (inter columnas navis minoris, ingredienti a dextris, ad altare Pietatis) spatio vix expectari poterat. Artifex igitur jure merito omnium, qui praeclarum hocce monumentum spectatum accesserant, laudes plena mensura tulit. Cuncti autem unanimiter encomiis sublimes Sanctissimi Patris virtutes praecipue celebrarunt, quae modesta inscriptione, monumento huic magnanimitatis addita, magis adhuc elucescunt. Inscriptio haec est: Memoriae Leonis XII. P. M. Gregorius XVI. P. M.

v. * e D. d. R.

Religio, mores, educatio, libri, exempla,

Si haec salutari suo auxilio venerandae legum institutorumque auctoritati subvenire desinant, imo

si haec veneno imbuta exitialia in arma convertantur, actum omnino est de civili societate, actum de securitate publica, actum de omni vel umbra culturae humani generis adeo desideratae: deserta tum ac densas petere silvas tutius foret. Haec illi duntaxat perspicere nolunt, qui nihil nisi vitam in anem discrimini objiciendam habent, quive malefactorum conscientiam universali socialium fluctuum diluvio, si non abluere, saltim cum toto orbe terraquo submergere parati sunt. Effrenatos adfectus ac lubidines perversorum frigidis legum compedibus constrinxeris usque, ni feros animos inde ab incunabulis mitioribus sensim subegeris, et cicuraveris, disrumpent ut ferocia animalia catenas. — Quanto labore opus est, ad torrentis aquas justas intra ripas continendas; ast si ruptis semel aggeribus quaquaversum diffundantur, incassum eas coercere adlaborabis. Subratis aedificii fundamentis, laxatisque partium compagibus, fugiendum tibi, ni ruina contumulari velis. Sublato in navi asserum ac tabulatorum nexu, irruentium aquarum praeda evades. — Eversis socialis foederis columnis, solutis sensim nexibus, liquato inimicis studiis partium ferrumine, quis in civitate tutum securumque se futurum sperare poterit? Vidimus aetate nostra specie quadam religionis communionem omnium jurium praedicantis, compagem civitatis tentari; vidimus morum licentia ac protervitate sanctissima quaeque vincula impugnari; vidimus juventutem excussa disciplina, temerario ausu sapientiae praecepta pedibus calcare; vidimus libros, pravissimas

doctrinas, perversissimis alliciis referatas, vulgari; vidimus exempla perditissima caput extollere, et, proh dolor! patrocinia invenire. Vidimus denique illos, qui omnibus aliis ludibrio habitis, solas leges ad prosperitatem civitatis sufficere praetendebant, easdem, et quidem novissimas, pro palatu proprio latae, mox pro lubitu inter primos infringere, ipsaque quotidiana subversionis principia, sub specioso reformationis nomine depraedicare. Quid quaeso, sublata rerum humanarum stabilitate, salutem publicam, communem ac privatam felicitatem sperare unquam licebit? — Dum nuper Rex Galorum ad comitia auspicanda veheretur, ubi de atrocibus in caput suum sceleribus et conspirationibus conquesturus erat, novo percussoris scelere, novum vitae discrimen adeundum, et vitam, Galliaeque tranquillitatem Providentiae rursum Divinae, ut jam toties, in acceptis referendum habuit. Sicarius comprehensus nec scelestata consilia, nec fontem eorum confiteri abhorret. Instituto quippe examine, patet, eum conspirationis (clandestinorum sodalitiorum democraticorum) socium, adeptorumque unum esse, quorum doctrina, et libris demagogicis corruptus, minime vero sorte adversa aut illata injuria ad hoc scelus perduellionis impulsus, sed incenso turbulentorum declamationibus cerebro, infascinatus, scabie tum corporis quum animae infectus, et coeco impetu actus, jus sibi in caput Regis ac in subversionem patriae esse putabat. Si abjectus quisque mortalium pessimis exemplis iudicium sibi in auctoritates publicas arrogaverit, imo

si eo vesaniae delabatur, ut sceleribus nefandis gloriam se adepturum somniet, per Deum immortalē quanta humanum genus mala, quantae calamitates, quanta exitia manebunt! Ubi demum consistendum, unde medicamen tantorum malorum parandum?— Religio, Educatio, Libri, Exempla; Exempla, Libri, Educatio atque Religio!



Egy szó Francziaország' erkölcsi állapotjáról.

Pflanz prof., egyike ázon legújabb *catholicus* íróknak, kik egyházokhoz mutatott szabadelmi hűségek által minden felekezetek tiszteletét megnyerék, legújabl, Francziaország' vallási és egyházi életét tárgyazó munkájában *), való és élénk képet adja a' francia nép' szomorító vallási állapotjának. Miután kimutatá, miképen a' bajnak alapoka a' státus' és egyház' hajdani kölcsönös állásában van, melly szerént amaz evvel saját czéljaira visszaélt, 's az által ezt köz gyülöletnek 's megvénésnek tette ki; miután a' köz oktatást, valamint a' clerus' jelen tudományi állapotját 's a' francia cath. egyház' statisticai átnézetét a' papirend' cselekvőkörét tanítás, egyházi szolgálat és fenyíték által, a' babona', literatura' és művészeti befolyá-

* Ueber das religiöse und kirchliche Leben in Frankreich. Ein Versuch von Prof. B. A. Pflanz. Stuttg. 1836. 8.

sát, a' protestans' egyház' megnyugtató állapotját előadta, 's végül az újabb egyházi jeleneteket is (St. Simonislák, templáriusok, Chatel, Auzon, Swedenborger) figyelmére méltatta; a' következőben foglalja össze bővebb fürkészetei eredményeit:

„A' jelenkorú francia clerus' nagyobb része hijával van a' tudomány' ihletének, mint a' világ-nak nagyobb része a' hit' avatásának. Hogy illy állapotnak, a' köz erkölcsiségre nézve, sajnálatos következsének kell lenni, olly népnél kivált, melly közt még sokan, a' borzadályok korából, az iszony' és rémület' tekintetéhez szokva vannak, világos, és máskép nem lehet. A' bűntörvényszékek' mun-kálatai ezt minden nap bizonyítják. Számra 's különféleségre majd nem végtelen gonosztettek birál-tatnak ott; 's az idegen nem tudja gyakran, mitől iszonyodjék el inkább, a' vádlottak' szemtelensé-gétől-e, vagy a' nézők' frivolutásától. Azt fogja tán valaki ellenvetni: Bűn-tettek nálunk is követteknek el; nálunk is van durva pórnép, 's olly nagy főváros-ban, mint Párizs, természetesen számosabb a' pór 's különsélebbek a' bűnök. Igaz; de én nem csak a' főváros', hanem a' tartományok' törvényszékei' tanácskozásairól szóltam; 's az állítás' valóságát a' *Gazette des Tribunaux* elégig igazolja. 'S fognának-e Németországban, ha itt a' törvény-séki ülések nyílt ajtóknál tartatnának, minden rendbeli, tisztes öltözettel asszonyok oda özönleni, hol természet-elleni fajtalanság, erőszakos megszep-lősítés, 's mindenféle házasságtörésről folynak ta-nakodások? — Nagy bűnök, igen is, mindenütt

elkövettetnek, de Németországban még egy hírlap sem tarta szükségesnek egy álló czikkelyt illy felirással: „gyikosság“, millyen több párizsi újságban találtatik, 's némi joggal, mert az efféle rovatok ritkán maradnak üresen. — A' fővárosban a' rendőrség az erkölctelenséget eltudta távoztatni a' nyilványos utcazáktól; 's azon tündérpalotában, hol össze van halmozva minden, mit művészet, ipar, 's a' legnagyobb fényüzés föltalálhat: a' Palais-royalban már most minden órán bátran elsétálhat a' családatya gyermekiveil, a' nélkül hogy valamiben megbotránkoznék; mert ama' nyilványos gyálázat, mellyről az előtt annyit tudtak a' német utazók regélni, megszűnt. De a' bún és fertelem, a' nyílt piacról számüzetve, a' családok' belseibe fúrakozott, 's ott viszi véghez rettentő pusztításait; előtte nem szent a' házassági frígy' köteléke, 's vannak házasok elegen, kik egymásnak kölcsönös kötés által biztosítanak szabad életet. A' koldulást a' rendőrség nem bírta igy eltávoztatni a' köz helyéről. Nem csak a' fővárosban, hanem minden faluban számos nyomorékra, aggastyánra 's kisgyermekkre akadni, kik az utazó jótékonyságához folyamodnak. Igaz, hogy ritkán tolakodók, hanem egyhangúlag ismétlik módos kérésöket, 's nem morognak, ha nem kapnak semmit. De létezésük mutatja, mennyire nem elégsgesek a' szegényápoló intézetek, 's miképen mind eddig nem sikerült az úti koldulásban egyik bő forrását az erkölctelenségnak berekeszteni. Csak egyes vonások ezek; de mélyen be hagynak a' nép erkölcsi állapotjába

tekinteni, melly az élni tudás, udvariság és finom módok által, mellyeket mindenütt lelünk, jóvá nem tétetik. Illy állapot kétség kivül aggasztó; mert a társas élet csak ott nyugszik szilárd alapon, hol vallásosság és erkölcsiség az uralkodó elemek. Olly nép pedig, melly társi viszonyainak ezen talpköve nélkül elvan, hasonló egy nádszálhoz, melly minden szellőtől ide's oda ingattatik. 'S illyen volt Francziaország, mióta a' vallásosság eltünt kebeléből; mióta az igen istent megvetni tanulta, 's bálványokat csinált magának, hogy imádja, 's e' bálványokat követte, hová azok vezették. Az udvar' ki-csapongásai XV. Lajos' kiskorúsága alatt a' libertinatus' bálványát szülék, mellynek azon túl hódult a' nemzet' többsége. Ez szülé a' királyi méltóság' megvetését 's az egyházi rend iránti gyülölséget; ez viszont a' forradalmat, melly alatt az emberek a' szabadságért gyilkoltak. Napoleon, a' szabadság által nagygyá nevelve, ezt gyilkolá meg, a' dicsőség' bálványát állítá fel az oltárra, mellynek azután Francziaország örömjajogva áldozá fel siant. Napoleonnal elsülyedt a' bálvány; 's a' nép mor-mogva hajolt meg azon hatalom előtt, melly az elűzött uralkodói törzsököt iktatta régi helyébe. Az ez elleni gyülölség még egyszer felkölté a' szabadság' eszméjét; de az csak légi tüneneménként költ fel, 's eltűnt ismét, hogy a' bálványok' legsilánybika előtt nyisson utat, mellynek az emberiség áldozhat: a' mammonnak. A' pénz, a' birtok az, minek a' mai Francziaország hódul. A' nemesi aristocratia a' talentum' aristocratiája előtt kénytele-

nült hátrálni, ez a' pénzé előtt. Kinek pénze van, az Francziaországban minden lehet, azért a' birtok' emberei óhajtják is a' dolgok' jelen állapotja' fenmaradását. Innen a' köz nyugalom és rend, melly különben megfejtethetlen volna. Nem valamely nagyszerű eszmeért való lelkesedés, nem Lajos Fülöp iránti szeretet tartja fenn székét, hanem egyedül az attól való félelem, ne hogy egy új forradalom a' nyert birtokot elragadja.“

ex. A.

Ecclesia dominans in Anglia et Hibernia.

Lord Wranciff, praecipuae auctoritatē inter Optimates Angliae factionis Tory, in conventiculo quodam Conservatorum, primis Dec. el. diebus habito, longum dixit sermonem, quo in primis Ministros et Dominum O' Connell carpebat. — Factio-
nem Whig, existimavit Lord, numero esse exi-
guam, quae regem sibi minime addictum, ecclesi-
siam vero adversum se habeat, dissentientes debi-
li falsarum sponzionum nexu devinctos teneat, a
radicalibus autem toleretur duntaxat. Curiam Pro-
cerum adversus criminationes — ac si ea cuncta re-
giminis consiali impedire niteretur — propugnavit,
eam cum democratica factione in acerrima consti-
tui pugna adfirmavit, et ex ipsius O' Connell ad-
sertis demonstravit, non adeo illi curae esse roga-
tiones de appropriatione decimarum et de munici-
pali Hiberniae reformatione, quam ut per haec ul-
teriora sua consilia in effectum deducat: regium

scilicet gubernium, ambarum item curiarum, Optimatum quippe et ablegatorum constitutionem modernam evertere possit, inducta pure democratica regiminis forma. Sic dein prosecutus est orator: „Ast, dicet Agitator, minime vobis credendum, se catholicam religionem dominantem protestanticae substituere velle, sed id solum desiderare, ut pro religiosis finibus voluntarium tributum, seu liberi arbitrii ecclesia introducatur. Domini mei, equidem inter illos censendus sum, qui credunt, aliquam cum civitate conjunctam ecclesiam necessario dari debere, non pro meae conditionis hominibus, vel pro majori eorum numero, ad quos nunc loquor, sed pro infima civium nostrorum classe; et non obstante mea a catholica religione aversione, non obstante inde a puero haustis adversus eam praejudiciis solenniter declaro, me dominantem potius in Hibernia cath. religionem, quam religionem libero prorsus arbitrio ibi relictam videre velle. Si enim exemplum semel statueretur nullius in Hibernia dominantis ecclesiae, ipso facto nec Protestantica, velut dominans civitatis religio, in Anglia deinceps sustentari posset. Caeterum creditisne—quidquid demum O' Connell adseveret — liberi arbitrii religionarium systema in Hibernia locum habitum eversa ibidem ecclesia protestantica? Ego contra existimo 7 millions catholicorum in Hibernia non prius quieturos, quam si ecclesiam suam dominantem viderint.“

Aerarium parsimoniale.

Romae quoque, testibus ex hac metropole nunciis, parsimoniaia instituta pubiicis consiliis exsurgunt, quoniam Summus Pontifex de magna eorum utilitate persvasus est. Pro inferiore quippe populi classe ex iis non modo commodioris vitae media, sed etiam salutaris morum emendatio certissime progignuntur. Benefica haec parsimoniae instituta, et domus laboratoriae — si solerter ac probam nanciscantur administrationem — longe efficacius, certius ac durabilius angustioris sortis plebem sublevando et miserias praecavendo sunt, quam quaecunque alia saepe magni sumtus consilia, aut quantacunque „pauperum tributa“, quae nonnunquam ignaviam tantum alunt, et paupertatem, foventio, multiplicant, dum parte ex altera onus inde in civitatem promanans pauperes aequo proportione feriat. — Ad aeraria parsimoniaia pauperimus partem mercedis laborum quantulamcunque, faventioribus temporibus parsimonia quotidianis erogationibus provide subtractam, cum fructu locare potest, et eam inde, foenore auctam, dum et quando libuerit, aut emergente necessitate excipere et in usum convertere potest; neque — dissipato, dum suppetit, improvide superfluo — si calamitas emergat, vel nipem ab aliis flagitare, vel ad fraudes, furtu, aliaque saepe gravissima scelera de abi cogitur. — Itaque famulitio, sodalibus officibus, operis etc. parsimoniae aeraria sufficienter commendari nequeunt, quorum usum summo suo

commodo capturi sunt. Certe si voluptatem illam, quam ex propria industria partis percipere solemus, si naturale illud desiderium, quod ad procurandam commodiorem vitam stimulat, si securitatis dulcedinem, qua is fruitur, qui contra improviso fortunae adversae casus tutum se sentit, si fiduciae in viribus propriis locatae praestantiam clare ob oculos ponamus, in parsimoniam ejusque pulcherrimam filiam sobrietatem exardescere est necesse. Quid vero altiorem illum culturae et perfectionis gradum, vilaeque felicioris ad majorem concivium numerum absque invidia, aliorumque injuria propagationem, quae aeo nostro plures oratores quam veros fautores numerat, promovere efficacius potest, quam conscientia, propria experientia procurata, quod nempe suae quisque fortunae faber esse possit. Inaudita in omnibus ferme cultioribus regnis parsimonialium institutorum intra breve tempus incrementa utilitatem eorum in clarissimam lucem collocant. — In Helvetiae Pagis Bernensi, Genevensi et Basiliensi 1787 prima parsimoniae aeraria erecta; 1798 in Anglia imitationem nacta; in Gallia 1818 exemplo Angliae eadem constituta sunt primum Parisiis dein etiam in provinciis, eorumque progressus intra breve 16 annorum spatium adeo rapidus fuit, ut, testantibus relationibus, vi muneras factis, per decursum anni 1835. ad sola parisiensium parsimoniae aeraria 13,630.000; ad comitatensis autem eodem tempore 13.846.000 franc.: simul itaque per totam Galliam 27,516.000

franc. illata sint, cum tamen per hoc tempus nequidem dimidiis milio inde repetitus fuerit. Omnis simul parsimoniae aeriariorum fundus in gallici Status epochis eodem tempore multo amplior erat, quam qui indicatus est, effecitque 62 3/4 milliones franc. — Quam frequentem instituti hujus usum capiant Parisienses cives, videri potest e relatione quadam Paginarum „Moniteur“ sub initium anni 1836, qua teste intra unam hebdomadam ultra 6000 homines contulerunt ad ea pecunias, et quidem simul summam ingentem 729.000 franc.

*

P o s o n i o.

D. Ign. Gyürky, Medicinae Doctor, et Excellentissimae quondam Comitis Sidoniae Illésházy olim medicus, acta inde a plurimis annis in hac urbe privata vita, die 25. Dec. a.p. aetatis 67. anno celebs obiit. Amicus ac benefactor pauperum, vir hic probus testamento, in publicum commodum condito, quod idcirco in publicam perserri notitiam meretur, in praeclarum nobilis ac generosi sui in humanum genus animi documentum, Convenitui hujati Monialium Ordinis Sanctae Elisabethae 4000 fl. v.v. legavit pro fundando uno lecto infirmorum in honorem Sanctae Sidoniae; Nosocomio Fratrum Misericordiae 1000 fl. v.v.; Nosocomio civico 1000 fl. v.v.; Lazaretho urbis 1000 fl. v.v.; Unioni ad providendos pauperes conflatae 1000 fl. v.v.; Parocho suburbii Blumenthal inter inopes distribu-

endi ergo 200 fl. vv. Praeter haec pia legata haeres universae substantiae Dna Theresia Csepreky, ad votum defuncti orale nosocomio evangelicorum 500 fl. v. et famulo brevi licet tempore sed fideliter servienti 1000 fl. animo prompto ac liberali persolvit. Grata in perpetuum Benefactoris sit memoria!

v. *

Parisiorum incrementum.

Philippus pulcher incolarum Parisiis numerum ad 50.000 aestimavit; sub Ludovico XI. 150 millia effecit, circa medium 16-ti seculi ad 200.000 usque 220.000 increvit. Tunc temporis Carolus V. se totam parisiensem urbem in suum Gandavum illocare posse dicebat. Anno 1590 fervente religionario bello Parisii 200.000 tantum incolarum censabant. Sub Henrico IV. et Ludovico XIII. magna repente ceperunt incrementa. Circa finem regni Ludovici XIV. 570.000 incolarum ibi numerabantur; sub Ludovico XVI. 600.000, anno 1805 rursum 647 mille 750; 1817: 813.966; 1827: 890.431; 1831: 774.338; 1832: 770.286; nunc *) (1836) numerus incolarum unum millionem efficere dicitur, itaque ab anno 1805 in duplum fere increvit impopulatio Parisiensis.

v. *

*) Gen. hist. stat. Annalium tabellae 1837. Parisiis 890.000 incolas exponunt.

*Tabella statistica Imperii Austriaci 1836
e fide dignis fontibus.*

Provinciae	Extensio in □ mill. geogr.	Impopu- latio	Civitatis	Oppida et Vici
Austria inf.)	708/65	1.246.520	35	4.500
Austria sup.)		835.431	17	6.925
Styria	412/12	855.720	20	3.643
Illyricum	519/74	1.190.000	54	7.223
Tyrolis	519/40	784.472	228	1.731
Bohemia	949/35	3.888.829	278	11.962
Moravia et Silesia	489/01	2.307.941	118	3.733
Hung., Slavon., Croat.	4.181/50	10.472.142	62	12.279
Transilvania	1.109/08	1.748.420	13	2.630
Galicia	1.548/	4.380.508	95	6.141
Dalmatia	274/	326.415	9	1.002
Littorale	143/	420.971	37	920
Praefect. Milit. limit.	609/	1.016.322	12	726
R. Longobardo - Venetum	852/	4.278.902	56	11.434
Summa	12.295/85	33.482.902	828	75.339

Census Populi ratione diversitatis nationum 1825.

Slavi	14.875.000	Zingari	110.000
Germani	5.850.000	Armenii	13.000
Itali	4.400.000	Graeci	4.000
Magyari	4.100.000	Clementini	1.500
Valachi (Rascii)	1.800.000	Osmani Galli etc.	1.000
Judaei	470.000		

Census Populi e diversitate Religionis.

Catholici	25.441.000	Judaei	470.000
Graeci	2.900.000	Unitarii	50.000
Reformati	1.600.000	Armenii	13.500
Lutherani	1.150.000	Moslemi	500

Clerus catholicus 3 Cardinales, 13 Archi-Escopos et 70 Episcopos censem; Capitula 2.568 viris constant. Omnis Clerus secularis et monasticus 1828 69.515 constituisse publice censebatur. Summa totalis Cleri, eo non accensitis Ordinibus equestribus, Seminariorum et Collegiorum Professoribus atque Clero jun. 72.169 efficit. Abbatiae dantur 294. Claustra Monachorum 537, et Monialium 110.

Relatio gallica.

Paginae „Moniteur“ de 21. Dec. indicant decreta regia de 30. Nov., quibus DD. Donet, hucusque Nanceianus Coadjutor — Archi-Eppus Burdigalensis; Dnus Letourneur, Canonicus Parisiensis — Episcopus Verodunensis; et de la Croix, Generalis Vicarius Belleriensis, — Episcopus Vapicensis (Gap) renunciati sunt.

A n a g r a m m a.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Primas in anno connumero dies.
 1. 2. 3. 4. 9. Ab ante et a post cerno, quid accidat.
 2. 3. 4. 9. Censuro et exhortor Juventam.
 1. 2. 3. 4. 5. Sum reserata? domum subibis.
5. 6. 7. 8. 9. Feci molestos Ecclesiae dies.
 1. 4. 3. 7. 8. 9. Dum duro Cancrum Solis equitenent.
 3. 4. 6. 8. 9. Ducendo filiam me habebis.
 4. 3. 8. 9. Me numerare nequis — probato.
6. 5. 3. 2. Meum, Lacunae sunt habitaculum.
 2. 3. 5. 9. Domi recludor, sed fluvios amo.
 6. 8. 9. Rependo rustico labores.
 7. 8. 9. Praesto suum cuvis, ut aequum est.
2. 4. 6. 5. Me pauper aequa ac ditior utitur.
 2. 6. 5. In me Sacerdos maxima perficit.
 1. 6. 7. 9. Coloro nubes, atque cingo.
 2. 4. 6. 7. 9. Musica me recreat potenter.
-

Á. Androvich, Juris a. I. Aud.



D e c r e t u m

*contra propagationem Christianae Religio-
nis (v. Alvearis pag. 60.) in Sina.*

Anglicæ Paginae hoc decretum sinense vulgant contra propagationem fidei christianæ, in Sina editum: „Mandatum Magistri aerarii, Goo, et summi Judicis, Vam, in provincia Canton de severe prohibendo Christianismo, de adimendis libris exteris, de emendandis hominum cordibus et de conservando bono ordine: — Jussu Imperatoris notum reddimus populo, quod diversis temporibus Europæi interiora imperii subiverint ad christianam religionem praedicandam, libros typis clam edendos, conventus celebrandos et aliquos in errorem inducendos. Complures sinenses, christiani facti, ipsi dein praedicabant. Postquam haec innotuissent, principi ex templo suppicio affecti, asseclæ tardius in carceribus sententiam receperunt, et illi, qui christianismum abnegare detrectarunt, in urbem Muhamedanorum relegabantur, ut ibi ad sortem mancipiorum redigantur. Ita anno quinquagesimo Kieng-Lung tres Europæi, Lo Matam, Gai Kien-San et Po-Bin-Luon, clam ad interiora Imperii penetrarunt praedicandi ergo, et anno vicesimo Kea-King ali duos Europæi: Lam-Yuo-Van et Nicolam eodem scopo ad imperium venerunt, sed variis temporibus omnes in carceres conjecti et suppicio affecti, aut pulsi. Cum itaque christiani semper impediti et condemnati fuere, ab hoc suppliciorum tempore religio illa feliciter exterminata

est. Ast vere anni superioris aliquot naves anglicae (in quibus notus Missionarius Carolus Gützlaff fuerat) sub quopiam praetextu litora Sinensia per longum legebant et aliquot libros europaeos distribuebant, et quia in his libris ad credendum auctori cuiusdam religionis nomine Jesu, adque eum colendum provocant, evictum est, hanc religionem eandem cum christiana esse, quae diversis temporibus severissimam persecutionem sustinendam habuit. — Europaei praecipue in Macao habitant, et ideo deputatio illuc missa est, quae hominem quemdam nomine Kine-a-Fli, qui impri mendis libris occupabatur, intercepit, et octo libros europaeos ademit. Nos jam imperatori relationem praestitimus, cunctisque subalternis offici libus praecepimus, ut quivis, qui christianos libros habet, eos intra sex menses respectivis districtus magistratibus resignet, secus severis poenis afficiendus. Opus est vi pugnare contra superstitionem. Si quis neglecta obligatione, proprii commodi studio aut credulitate superstitioni semet diderit, et memoratam sectam amplexus fuerit, libros typis impresserit et distribuerit, illo prorsus tempore, dum minime exspectabit, proditus, poenam luet. Qui ignorantia peccat, commiseratione dignus est. Non est nobis animus poenam infligendi, antequam in rem serio inquiramus, quemvis igitur monemus, ut omne studium adhibeat. Non contenti Magistratibus dedisse mandata, ipsum hoc decretum publicum reddimus, ut cuncti tribunalium officiales semet eidem accommodare que-

ant. Quivis vestrum habet facultates, habet familiam. Utiles libros legatis, aptisque occupationibus animum adjiciatis, oportet. Terminum morae abhinc constituimus sex mensium, intra quem libri resignandi venient, si possessor eorum poenam sibi adsciscere nolit. Vos in via erroris nondum estis procul progressi. Si quis proprio motu semet insinuaverit, benevole suscipiendus erit. Resipiscite igitur, emendate vos, ne hora aveniat, qua nullum amplius datur remedium. Si vero post decursum etiam defixi temporis religionem illam profiteri et praedicare non cessaveritis, severissimae persecutioni subjiciemini, tandem condemnandi. Vos, qui pace perfruimini, veritatem propagare, et errores extirpare, sectas vitare et religionem King, avorum nostrorum, sequi debetis, ut pax et virtutes efflorescant, et vos felici hoc aevō boni subditi esse valeatis. Hoc est, quod nos ardenter optamus. Taou-Kwang, mense 4-to anni 16-ti“

v. * e D. W.

Reformationis (relig.) et Liberalismi analogia atque disparitas.

E libro germanico — cui titulus: „Observationes quaedam de Nobilitate (Aristocratia) Germanica. Quedlinburgi et Lipsiae“ — sano judicio ac moderamine, magna quecum eruditione scripto juvat has generales animadversiones communicare: „Quemadmodum tempore Reformationis

plus quam dimidia Europae pars in motum posita fuit, ita nunc Liberalismo, Reformationibus (polit.) atque Constitutionibus. Ambo motus ex obtutu quodam in fundamento ac nisu suo prorsus diversi, imo e diametro sibi invicem oppositi, in aliis tamen plurimum interse analogi sunt. In utroque rationalia et materialia commodorum studia mixta, inque se mutuo agentia comparent. Reformatio (relig.) in campo religioso radicata proxime quidem ecclesiastico-christiana fuit, simul tamen et quidem praecipue politica quaestio evasit. Novi et magni eventus politici externa quidem sua specie in arena politica aguntur, habent tamen prorsus essentiales partes politicas, basimque anti-ecclesiasticam, anti-christianam. Hodie ex arena politica et e rationibus politicis procedendo ecclesiasticae relationes, hucusque vigentes, impetuntur: dum quippe in Anglia proprietatis - ac dioecesium ecclesiae anglicanae relationes alio modo conformare placet, catholici emancipati, idemque cum judaeis in consilio est; in Portugallia, Hispania et Gallia, claustra sublata, et Monachi trucidati, Ecclesia atque christianismus proscripta et igne ferroque impetita. Magis anti-christiano modo procedi haud potuit, nec in religiosas relationes terribili magis ratione agi, quam politica hac rerum conditione. Olim, tempore Reformationis, (relig.) ex altis intimisque conscientiae ac religionis quaestionibus exeundo plurima ob religiosas rationes in ecclesia immutata, claustra sublata, civitates

integrae per secularisationes collapsae aut aliae enatae, res plurimum mundanae immixtae, Hussitae, Thomas Münzer, et bellum tricennale omnem Germaniam perturbarunt, et sic dogmaticae quaestiones illa habuerunt consectaria, ut maxima Europae regna aliam receperint formam et rationem politicam. Pax Westphalica civitatis potius causa, quam eventus ecclesiastico-christianus emersit. Permutatio ejusmodi reciproca inter Religionem et statum polit. est prorsus naturalis et inevitabilis; Populus enim in omni suo esse et complexu unum totum constituit, et evenitus in uno civitatis corpore enatus in reliquas etiam partes vim necessario exerere debet. Religio et Status Politicus in simili ad se invicem ratione constituunt, in qua sunt anima et corpus. Homo, a Deo creatus, in Eodem, in religione principia habet. In aliqua demum Religione esse debet, et ex hac omnes ceterae ejusdem correlationes semet explicant, ac proinde ipsa etiam ejus civitas (seu nexus socialis). — Dum revolutio gallica semet ab omni religione solutam delirasset, declarassetque: „L'état est athée et doit l'être“ — Status (civitas) est atheus et talis esse debet — per hoc ipsum annunciat: atheismum suam esse religionem, et revera impia ac scelestata tum erant civitatis acta. Ita modernus etiam liberalismus pari ratione, imo multo magis adhuc, pro systemate religionario potius quam politico habendus.“

„Non est hujus loci haec plene elucubrare; ast si saltem doctrina liberalismi: de vetustissimo ho-

minis statu naturali, de origine ac scopo civitatum, de magistratibus eorumque destinatione et juribus, de indole ac fontibus juris in genere, de supremis juris civilis principiis etc. cum iis conferatur, quae de his christiana ecclesia et christianum jus publicum veterum Europae regnum docent, patebit illico: fundamentalia haec omnis politicae et juris civilis capita simul etiam ad religiosam scenam transposita, et liberales obtutus essentialiter advorsum fidem christiana ecclesiae directos esse. Liberalismus, postquam consequenti ratione sistema suum religiosum evolverit, ad alia prorsus resultata et postulata, quam ratio christiano-politica deveniet, et si politica aut ecclesiastica negotia ordinanda, agniti abusus et mala quaedam tollenda veniant, modus et consilia haec efficiendi ac praestandi, cogitandi item de his ratio politica ac juridica, scopus denique propositus essentialiter diversa erunt, prout quippe e principiis religiosis liberalismi aut christianis processum fuerit: etiamsi ille specie externa basi politicae insistere videatur, interne tamen et in suis principiis proprium sibi systemate religiosum sequitur, et ex hoc religioso respectu multo gravioris considerationis esse et in dies magis periculosus fieri nobis videtur, quam ex obtutu politico. Persvasum tenemus effectum finalem, quem adducturus est (Liberalismus) — contrarie analogum paci vestphalicae — ecclesiasticum potius et religiosum eventum, quam politicum civitatis negotium emersurum. Politica certe studia, quae nunc populos exagitant, — praeter res mul-

tum materiales — intellectualem causam atque conditionem, et eam quidem praecipue pro fundamento habent. Quaevis intellectualis concitatio: enthusiasmus, fanaticismus, exaltatio, ardentia partium studia etc. stabilia non sunt, sed exacto suo tempore evanescunt. Cuncta Europae regna cultiora Reformatio (relig.) magis aut minus olim exagitavit, ejusque incendium animos incredibili vi corripuit. At post certum temporis intervallum, turbine sedato, malitia intercessit, imo retrogradus etiam motus observatus, adeo, ut integra regna majora, quae jam reformationem amplexa sunt, ad catholicam ecclesiam reverterentur. Catholici et protestantes perniciem sibi imminere putantes in foedera coaluerunt, quae terribiles quidem luctas adduxere, ambas tamen partes salvas praestiterunt. Quousque catholici defensionis duntaxat systema secuti sunt, inimici eorum progressus faciebant, ast quamprimum intellectuali adgressione usi ad recuperandam victoriam semet accinxerant, rerum facies notabiliter mutata. Post diuturnam internam externaque pugnam lassitudo et quietis desiderium invaluit; populi hinc aut illic persisterant; in aliis vero regnis diversae confessionis inter se permixti manserunt. In ipsis etiam regnis, ad quae reformatio accessum nacta est, idem varia ratione evenit. Germania et Helvetia, Hollandia et Anglia diversos eventus, diversaque exhibent conditions. Nullum ferme regnum novo fermento intactum restitit, quod aliquem ubique effectum reliquit, ast etiam ibi, ubi triumphum

reportavit, antiquum systema plus minus aut vestigia ejus retenta.“

„An non simile quid nunc quoque eventurum sperari possit? Non esset verisimile, hanc etiam politicam efervescentiam exacto suo tempore sedatum iri? Quod item foedus Principum necessarium sit, illudque ideo revera efficacia adversus modernos pravos politicos motus media arripere debat; quod malitia reducenda sit, imo jam exordium sumserit, et nunc etiam motus retrogradus (qui nos a praecipitio exitiali liberet) possibilis sit: quoniam lucta cum religionario liberalismo remisit, et is in pluribus respectibus, inque pluribus regionibus suppressus aut constrictus vel saltem modificatus est? Quod eadem prorsus ratione, ut olim cum Reformatione evenit, regna quaedam novam prorsus semitam ingressura, alia attamen in antiqua permansura, pleraque plus aut minus (in diversissimis licet formis atque gradibus) novum impulsum receptura et indoli suae assimilatura sint? Quod tamen interna externaque lucta dupli lassitudine sitim quietis apud populos prius excitatura sit, donec inde nova rursum catastropha in magna orbis terrae historia prognata fuerit.“

„Utrum moderna universalis a bello aversio ac metus, quietis jam redditum aut tantum malitiam ante ingruentem tempestatem innuat, an non haec nos eo deductura sit, ubi Regna Asiae, florens Aegyptus, Graecia et Roma exitum invenerunt, ad devastatas quippe et in rudera conversas urbes ad inhospita deserta? —— Speramus in-

terea et hoc sperare obligationem esse credimus,
futurum, ut Deus a tristissimo illo exitio nos libe-
ret, Civitatem et nationalitatem nostram conservet,
a dominatu falsorum philosophorum, et gallicis so-
phismatibus, tum ab illa, quae imminebat, intelle-
ctuali ab exteris dependentia nos liberos praestet et
incolumes.“

v. * e B. P. V. B.

Miserandus Hiberniae Status.

Relationes ex Hibernia horrore plenam sistunt
imaginem de aerumnis in hoc regno incolarum clas-
sis pauperioris. In pluribus locis plebi in sensu
genuino fame perendum est, et jam nunc hyemis
rigore et grassante febri centeni peremti sunt. In
Kilkenny calamitates inopum magno ligni focalis
pretio, angustis item ac humidis habitationibus plu-
rimum augetur. In Colonmell centeni fame, frigore et
morbis collectantur. Pretium vitae mediorum est
ingens, et eodem tempore dum illud increvit, mer-
ces laborum aucta non est. Dublinum ex omni-
bus Hiberniae partibus tristissimae calamitatum
perferuntur adumbrationes, in primis e comitati-
bus Limerick, Mayo, et ex occidentali Hibernia.
In solo pago Rathkeale 1500 prorsus inopes nume-
rantur, inter quos 300 lectis etiam carent. Cycla-
mina et turfa triplo majori quam hucusque veni-
unt, et pauperes vestimenta quoque, ac supellectilia,
de quibus disponere poterant, vendiderunt aut
oppignorarunt, liberis suis panem emendi ergo. Una
vero febres nervosae tam late grassantur, ut quo-

tidie pluribus, ad nosocomia recipi supplicantibus, id spatii defectu denegari debeat. Et tamen, ajunt pag. Times, „O'Connell a talibus concivibus, pro quibus ferendam legem pauperum aversatur, 16.000—16.000 l. st. annum tributum pro se extorquet, praetereaque tributum tumultuum exigit, et ejus socius D. Shiel, qui jam omnem humanum sensum omnemque pudorem exuit, declarat: stultitiam esse nunc de mediis cogitare, quibus fame intereuntibus concivibus suis subveniatur.“

v. * e B.

Incendium Templi novi S. Petri Londini.

Nocte inter 29. et 30. Decembris Londini novum S. Petri templum in platea Eaton, incendio deletum est. Ante septem annos sub protectione Marchionis Westmünster aedificatum fuit. Ipsa altaris tabula picta, mortem Christi D., dum crucifigeretur, referens, a celebri pictore Hilton parata, 1000 guineis aestimata, et a Marchione ecclesiae donata, flammarum ferme praeda evasit. Magnis duntaxat laboribus ac periculis exitio eripi potuit.

v. * e B.

Portugallica Constitutio 1820.

Conspiraciones, Conjuraciones, Revolutiones, Seditiones, et Subversiones politicas consultissimum est sincere, omni cum fide, clare, ac nude propriis ac genuinis suis coloribus ex eventibus ipsis

oculis sistere, ne ullus saniorum de earum ortu, progressu, mediis, instrumentis, alliciis, et artibus in obscuro versetur, quae stupendo adeo ac terribili successu coriphaeorum molimina saepe coronant, et optimos quosque, ast incautos, secum in torrentem rapiunt.

Omnes paginae publicae de reducta constitutione portugallica 1820-i loquuntur, cum tamen ea 1822 fabricata et promulgata est. Anachorismus iste mirus videri posset, si inde explicatum non haberet, quod Revolutio atque Constitutio sensu quodam recto unum idemqua prorsus significare censemantur, prout quippe haec medium duntaxat est ad illam corroborandam. Inter Constitutionem 1822 et Diploma, jam nunc altera vice proscriptum, Imperatoris Petri nulla essentialis differentia intercedit, nisi quod illa per secretas liberorum muriorum sodalitates Ulissipone et Portu excusa, hoc vero fulminis instar per Despotam e Brasilia in Portugalliam vibratum sit. Causam originis, tenorem et consecaria Constitutionis illius 1822-i breviter instar diarii, simplici chronologico ordine, in memoriam revocabimus, ut eventus naturali suo nexu mutuo se invicem illustrantes documentum praebeant, quem ad modum concessio ex imbellitate aut ignorantia facta, plurimas alias post se trahat, donec quaeque in abyssum praecipitentur.*)

*) Eventus hi ex actis publicis, e liberalibus Gallicis ac Portugallicis ephemeridibus, tum e libro germanico magna rerum peritia scripto, cui tit. „Liniamenta

Art. I. Orig o Constitutionis 1822:

Jam ante a. 1820 et per absentiam in Brasilia Regis, symptoma quaedam ita dicti liberalismi, non adeo in populo, quam in collegio Gubernii regii Ulissipone, cuius praesidium Dux Palmella gerebat, semet manifestarunt, tamquam praecursoria proelia, et certa quaedam genio temporis blandimenta. Anno 1814. Gubernium hoc Regium contra restitutionem Jesuitarum protestabatur, quam tamen nemo postulavit, quamve Romanus Pontifex iis tantum Principibus indulserat, qui eam desiderarent. Anno 1812. in tota catholica Brasilia in eorum gratiam, quae deinceps in Portugallia evenitura erant, absoluta libertas i. e. plena aequanimitas (indifferentismus) erga cunctas religiones concessa, sicque vi legum a genio christianismi secessum, et maximis cum praerogativis vagabundi qui que e quibusvis Europae regnis recepti: ac si inconditam hominum turbam, domino carentem vulgi gregem, absque communione fidei ac religionis, absque ullo sociali vinculo, absque amicis studiis, praestandisque mutuo auxiliis in unum eundemque locum compellere ad prosperitatem regni cuiusdam, maxima ex parte inculti, procurandam atque cor-

ad historiam revolutionis portugallicae a Dr. Pfeilschifter (in periodico scripto „der Staatsmann“ 1824. tom. 4), denique e parum adhuc noto, sed perdocto, pro veteri ac recentiore publico Portugalliae jure notatu dignissimo opere: „Légitimité Portugaise. Paris 1820.“ excerpti sunt.

roborandam sufficeret. Eodem anno Gubernium solennem defectionem Romano Pontifici minabatur, quia denominato Archi Eppo Evorensi, cui-dam jansenistico olim Professori, auctori tumidae orationis panegyricae in famosum Pombal, canoniam institutionem, i. e. confirmationem pontificiam impertiri recusavit.

1820: Felix I. murariorum hispanicorum successus, quo ii, obtrusa vi Regi constitutione, summam arripuerunt potestatem, fratres et amicos Portugallos ad idem tentandum excitavit. — 7. April.: Post promulgatam hispanicam constitutionem quarta hebdomada Lord Beresford Ulissipone in Brasiliam iter ingressus est, stipendia pro militibus a Rege postulatum, et instructiones (mandata) quo ad inducendas in portugallicum regimen mutationes expetitum. Princeps primogenitus, Don Pedro, et plures Ministri praevie pro constitutionali systemate semet declarant, quin vel scirent, in quo illud consistat. — 8. Maii: Rex loco interponendae adversus haec seditiosa molimina protestationis, qua legitimi ordinis amici in saniora erecti fuissent, gubernio Ulissiponensi committit, ut mutationes publica opinione i. e. ab arcanis quibusdam conventiculis (Club) postulatas in effectum deducat. — Conjurati attamen Portugalli reducem Lord Beresford haud quaquam exspectant. Jam nocte inter 23. et 24. Aug. seditio in Oporto erupit auctoribus sodalitatibus l. murariorum. Mercatores vinorum necessarios sumptus, Advocati phrases, et perjuri of-

ficiales arma administrant. Officiales legionis 18-vae sub ductu Colonelli Bernardi Correa de Castro e Sepulveda, tympanis signa tumultus, in urbe caeterum tranquilla, dari jubent, orationes ad populum habent, cui persvadent, id solum agi, ut Rex, inde a 10 annis absens, Portugalliae, libertas populo, et exercitui antiqua gloria restituantur. Ad has sponsiones copiae Regi, Comitiis nondum convocatis, et futurae Constitutioni sacramentum fidelitatis dicunt. Postquam 24. Aug. copiae in aciem collocatae fuissent, conjurati Portoenses semet in supremum provisorium regimen constituunt, et acclamacione Antonium Silveyra Pinto de Fensoca Praesidentem suum nominant. Conventus hic edictum vulgat, in quo praemissis de Portugalliae sorte decidua gravibus in speciem lamentis repraesentativi regiminis— nomine nationalium comitorum — institutionem postulat, caeterum pollicetur, futuram constitutionem religioni catholicae ac Dynastiae domus Braganzae nihil derogaturam, ac proinde principalia fuudamenta nihil mutatum iri. Municipalis magistratus Oportensis ad conventum elicetur, metu compulsus comparet, et una cum milibus novo jurejurando semet obstringit, non jam ut ante 24 horas Regi, sed provorio Regimini, futuris comitiis et constitutioni per haec conslandae. Hoc ultimum quidem absurdum ac ridiculum vide ri posset, revera autem nihil aliud significabat, quam: obsequium sodalitatum clandestinorum deputationi — quae comitorum nomen sibi arrogat — cunctisque

iis, quae decernere et jubere ei visum
fuerit. (Continuabitur.)

*

Lupus arguebat Vulpem furti crimen.

Phaed. L.I. v.

Berna 29. Dec. haec ferunt: 'Radicalis (demagogus) quidam paginarum Helveticarum „Observator“ familiaris e Basileensi Pago provinciali scribit: „Germano cuidam, Dr. Weiland, qui domi accusatus de provocata seditione judicio se fuga subduxit, per magistratum praesidium traditum est in suscipienda contra Oberwylerienses seditiosos investigatione. Cuique persugo lubentes asylum et opem apud nos concedimus; ast si viros, politicorum crimini in patria accusatos et e judiciis fuga elapsos in novo, vixdum obtento, asylo contra cives hujus asyli, qui de simili arguuntur crimen, ut inquirentes judices, aut plane accusatores comparere videamus, discrepantiam (dissonantiam) in hoc semper invenimus, quae ingratissima in nobis sensa excitant.“

E submissis quibusdam pro Alveari nostro Manuscriptis colligimus, neque Annunciationem nostram praemissam, neque Programma in ipso Alveari adtentata mente ab omnibus lecta fuisse. Igitur Apes, quae Alvearis nostri esse volunt, reflectendas esse ducimus ad ea, quae de scopo nostro in Alvearis pag. 4. e Nuncio repetiimus, et quae de argumentis ejusdem pag. 6. et 7. praescripsimus. Neque opus est explicare uberiorius, quid adductus pag. 7. Alv. locus Virgilii per ventos, oves, haedos,

pi cto s lacer to s, mer opes aliasque vo-
lucres relate ad nostrum Alveare intelligat.
Non arbitrio nostro, sed ex natura ac indole
argumentorum de recipiendis aut arcendis scri-
ptis sententia fertur, ut adeo nec sacharum
quidem, utut dulcissimum, nec saluberrima me-
dicamina atque aromata, neque ipsum nectar
recipi possunt, ni mellis naturam induant. Ab-
esse debent medicata olea potusque spirituosi,
qui sangvinem incendunt. Apes quippe pacis
et concordiae inter se amantissimae sobrias
epulas perquam diligunt. Nec vivos nec mor-
tuos lacessere, summa — quamquam seculo
nostro, affectibus plurimum agitato, maxime ar-
dua — regula esto. At perversitati forti et can-
dido animo aggerem quo validissimum pone-
re, etiam si inde invidiam incurrire necesse
sit, liberum imo viri probi obligationem esse
censemus. Ex his intelligi potest, cur multa,
licet alio ex obtutu fors optima, Alveare no-
strum recipere detrectat.— Post utilitatem gra-
tiae habenda est ratio: nec explere favos suf-
ficiet Apibus, quae dulcia quaerunt alimenta,
quibus itaque prolixae carminum singulari oc-
casione adornatorum, et jam obsoletorum re-
censiones haud sapient. Si ea, quae pro Al-
veari parantur, domi, ulti svasimus, Ordina-
riatu i substerrentur, multo expeditius nobis
negotium foret.— Reticere interim haud pos-
sumus, inde nobis nullum adhuc advenisse
auxilium, unde plurimum speravimus! —

*Solutio Logographi in Nro. 3. et
Anagrammatis in Nro. 5.:*

Psalmus — Almus.

Januarius — Janus — Anus — Janua — Arius etc.

Portugallica Constitutio 1820.

(Continuatio.)

27. Augusti. Officiales agminis, inter Minho et Beyra locati, Conventui Portuano literas aplausus mittunt, verisimillime ne gradus munerum amittant, speque omni futurae promotionis frustrentur, vel vero quoniam a liberali et imbecillo regimine Ulissiponensi nullam opem sperandam habuerint. 29. Augusti. Gubernium quidem regium Ulissiponense erumpentem in Oporto seditionem: abjectam c o n s p i r a t i o n e m , et sublime provisorium Regimen: manipulum seditiosorum compellat, nihilominus militibus seditiosis veniam pollicetur, ac si eos jam devicisset; item præmia illis officialibus, qui abjectae illi conspirationi valedixerit, promittit; caeterum se paratum esse declarat ad repraesentationes (preces) populi exaudiendas. 12. Sept. Conventus Oportensis constitutionalem i.e. seditiosum exercitum conflat, et cum eo Ulyssiponem petit. Metu perculsum Gubernium procellas eo sedatum iri opinatur, si vetera comitia convocaverit, quibus itaque diem 15. Nov. dicit, quod tamen decretum, uti facile praevidere licuit, seditiosum Regimen provisorium contentum haud reddidit.

16. Sept. Sodalitates Ulissiponenses motibus, qui venerabilem confraternitatem ad summam potentiam evecturi essent, alienae manere noluerunt. Eorum itaque instigationibus quidam fidi officiales legionis 16. milites, partemque reliqui praesidii ad

forum magnum congregant, jubentque eos constitutionem, nondum natam, salutare. Summum pro se aequae Regimen provisorium denominant, quod quidem Regi fidelitatis juramentum nuncupat, una tamen regio Gubernio notum reddit, ei deinceps functionibus supersedendum esse. Ignavum Gubernium non ut refragaretur, et cum caeteris adhuc in fide persistentibus copiis adversus unicam illam legionem rebellem se defenderet, sed jussis potius obtemperat. Dissidia tamen inter 2 suprema provisoria regimina mox enascuntur. Oportense nequidem fructus victoriae cum fratribus dividere vult, iterque cum copiis Ulissiponem prosequitur; metu interim, ne discordiae in castris seditiosorum erumpant, et causam revolutionis in periculum conjiciant, Ulissiponense regimen provisorium priora Oportensis jura agnoscit. Ambo sodalitia fraternisant et in unum coalescunt, distributis inter diversos suos Adeptos munieribus Ministrorum. — 1. et 5. Octobris.: Ambo conventus cum constitutionalibus militibus Ulissiponem ingrediuntur. Comes Palmella, Gubernii regii prius Praesidens, in Brasiliam proficiscitur, probabilius a Rege laudes recepturus quasi re eximie gesta. Conventus contra pro se de eventibus relationem Regi mittit, propensionem suam, constantemque populi portugali ci fidelitatem contestatus, rogat, ut ipse aut filius in Portugalliam revertatur; quod desiderium notari omnino meretur. — 10. Oct. : Lord Beresford e Brasilia redux ante metropolem qua regni Locumtenens et pro omni civili et militari adminis tratio-

ne plena potestate instructus comparet. At Conventus ab excensione eum prohibet, utut constanter Regiam se revereri auctoritatem depraedicet. Post aliquot colloquia Lord cedit, et Falmouthum vela dat. Hoc non obstante Capitaneus navis, D. Maitland, Praefecto aerarii Conventus seditioni 106.952 piastros pro exsolvendis copiarum rebellium stipendiis tradit, Anglia autem illatam Beresfordio contumeliam silentio premit. — De numero et modo eligendi ad Comitia (Cortes dicta) deputatos novae in sinu Conventus discordiae enatae. Expediendae difficultatis et terminandarum disceptationum gratia methodus electionis, constitutione hispanica instituta, adoptatur. Congregationes electorales ad 26. Nov. et 3. Dec. indicuntur, una electoribus convenientes nutus dantur, ut electiones tanto certius fidis sodalibus obveniant. 11. Nov.: Eadem copiae, quae ante aliquot hebdomadas Constitutioni fidem jurarunt, Conventum ad exclamandam exemplo hispanicam Constitutionem adigunt; et haec Constitutio illico per acclamationem juramento firmatur. Conventui quatuor nova, eminenter seditionis, membra adjunguntur, contra quatuor Deputati et Ministri jure suffragiorum privantur. 24. Nov.: Corporaciones (collegia) mercatorum et Tribunalium Ulissipone, quae eosque tranquillae manserant, contra praematurum revolutionis progressum protestantur. Quatuor Conventus membra, et 150 Officiales munera abdicant. — Tribus diebus post, 17. Nov., in ita dicto Senatu bellico statutum, ut decretum de 11·ma abrogetur, e constitutione hi-

spanica, cui brevi ante fides jurata est, modus duntaxat electionis retineatur; membra conventus, quae munera abdicarunt, eodem illico defungi jussa. — Ant. Silveyra, frater Comitis Amarante (qui eum amentem declaravit) Pro-Praesidens Conventus et ante duos menses acclamatione creatus summi Provisorii Regiminis Oportensis Praesidens, praestitis revolutioni servitiis, notisque ejusdem constitutionalibus sensis nihil opitulantibus, intra 24 horarum spatium Ulissipone excedere jubetur.

1822. 6. Jan.: Ablegati ad Comitia exiguo adeo numero comparent, ut comitia exordium sumere nequeant. Ulissipone copiarum influxu per conspirantia sodalitia designati eliguntur deputati, mercatores scilicet liberales, advocati plurimi, et quidam apostatae Sacerdotes; contra in provinciis, ubi nec perfidi milites, nec conspiratorum sodalitia (Loge) dabantur, seditiosae factioni non ubique e voto cessit. Cuique Ablegatorum in diurnum iter 30 franc. assignantur, quo facto munera haec sodalibus et amicis conspiratorum magno illico fuere, nec minori contentione quaerebantur. — 27. Jan.: Primus consessus Comitiorum. Pro centum commembbris tantum sexaginta septem aderant, et quoniam Deputati provinciarum lente duntaxat adpulerant, loco absentium supplentes vocati, prout quique e fidis conspiratorum amicis per plateas Ulissiponenses deprehensi sunt. Pro Constitutione elaboranda Commissio e quinque advocatis et tribus professoribus denominatur. Hi jam septima consessuum die Constitutionis projectum

adornatum habebant. Una securitatis deputatio conflata, i. e. politia revolutionaria, quae securitatem fratrum et sodalium curaret, et praecipue regi addictos vigili oculo observaret, cuius redditus, licet postulatus, metuebatur. — 9. Mart. Fundamenta Constitutionis in complexu probata. Postquam nempe scopus obtentus et summa potestas occupata est, quoad singularia Constitutionis capita magna diligentia opus revera haud fuit. Primum tamen horum, summa jam potestate gaudentium, Constitutionis amicorum decretum eo pertinebat, ut caput ejus de libertate preli suspendatur, unde conjicere licet, prelum iisdem nequaquam arrisisse. Dum haec in Portugallia agerentur, in Brasilia 1. Januarii, 10. et 26. Febr. Paraee, Bahiae, et in Rivo Sti Januarii seditiones similes eruperunt. Omnes per milites et mercatores absque minima populi cooperatione suscitatae, Ex illis (militibus) ita dictus populi senatus in theatro Riyi Januarii convocatur. Rex liberalis sui Ministri, Comitis Arcos, pessimis consiliis inductus, dilatoria arripit media, et seditiosis nondum devictis universalem offert veniam, acsi jam iis poenam dictare et sic gratiam impetriri posset; comitia Ulissiponensia tamquam legalia se agnoscere declarat, quorum placita a se duntaxat sancienda sibi reservat. Ast filius, Don Pedro, ipse quoque unus e I. murariis, provinciam in se recipit, vota populi supremae auctoritatis (souvrain) ad Patrem deferendi, impletatque ab eodem supra dicti decreti revocationem, et plenam Constitutionis, sicut ea per comitia

conficta fuerit, absque ulla conditione adprobationem, quae etiam praevie jurejurando firmatur. Rex e rurali palatio suo in urbem Rivi Januarii reducitur, eodem ferme modo, uti Ludovicus XVI. die 6. Octob. 1789. Versaliis Parisios deductus fuit. Don Pedro binis vicibus continuais comitiis portugalicis et futurae constitutioni solenniter fidem jurat. Die 26. Febr. novum collegium Ministrorum revolutionarium constituitur. 2. et 7. Mart. Censura in Brasilia suffertur eodem fere tempore, quo Ulissipone restituta est; aliquamdiu enim revolutionis in Brasilia, velut nondum consummata, libertate preli carere non potuit. Caeterum Brasiliani Ablegati eliguntur, qui in Portugalliam concedant, et partem in consultationibus capiant: 21. April.: Miserabilis populi serenissimi clades: Electores in curia mensaria congregati Regem ab abitu Ulissiponem prohibere praesumunt, quo se, invitationi supremi provisorii regiminis obsecuturus, conferre parabat. Ast unica cohors venatorum dominos hos summae potestatis dispellit, quadraginta eorum caesis, ducentis aut tercentis vulneratis, majore adhuc pars comprehensa; caeteri per fenestras semet ad litus maris praecipitant, ubi plures merguntur. Actum fuisse de revolutione, si levi parta hac Victoria melius in rem uti placuisse, verum Rex, exiguo ad minus tempore in mari libertate gavisurus, consensa navi cum tota sua aula et aliquot millium comitatu Ulissiponem (26. Apr.) vela dat. — 5-ta Maji: Don Pedro, in Brasilia remanens, diversis decretis et liberalibus edictis populi favores eme-

teri adlaborat; ast liberales Rivi Januarii, resumtis parumper post primum terrorem animis, dum nulla jam venatorum cohors metuenda erat, de principiis ad consecaria, e theoria ad proxim transeunt, Princeps ad sancienda tertio jurejurando Constitutionis Portugallicae — nondum confectae — fundamenta, ad mutandos Ministros, et semet conventui, e novem membris conflato, subjiciendum ac honore obsequentissimi ejusdem servi, vel exequentis magistratus contentus esse cogitur. — Regi in literis, quibus suum e Rivo Januario susceptum inter Comitiis Portugallicis annunciarerat, aliquot antiquae monarchiae verborum formulae in calamum venerant, quales sunt: Dominus noster, Vasalli nostri seu subditi, ratum habere, sanctionem impertiri etc, idecirco conventus serenissimus contra has, constitutioni adversas, verborum formulas solenniter protestatur, et eas tamquam non scriptas considerandas decernit. Membra quippe Cancellariae novum scribendi genus repente adeo sibi proprium reddere nequiverunt, et Rex bonus — pari cum multis aliis ratione — putabat se semper adhuc Regem et Dominum esse, quamquam conventui seditioso semet subjecerit, licetque constitutionem; per quam throno dejectus, et ad sortem vilis mancipii, omni libera voluntate spoliati, detrusus est, jurejurando ratam habuerit.

5. Juli: Rex ante Ulissiponem cum suo comitatu comparet. Portugallica attamen comitia libralia, quamvis redditum ejus postulaverint, sub contumeliosis duntaxat conditionibus excendendi facul-

tatem ei largiri volunt, eumque instar captivi sui habent. Dies et hora exscensionis defigitur. Ante omnia decretis jam constitutionis fundamentis et ipsi, per comitia primum conficienda, constitutioni jurejurando obsequium spondere debet. Directorem Politiae i. e. Magnum Inquisitorem revolutionarium et e principibus Conjuratorum electos copiarum Ulissipone et Portu duces mutare ei interdicitur. Rex, non ut aliud regni litus peteret manus cum fidelibus adhuc subditis jungendi gratia, sed cunctis his jussis obedientissime semet subjicit. Nihilo minus responsum ejus ad adlocutionem Praesidentis Comitiorum displicet, et prolata quaedam regio more verba retractare cogitur. Comitia Portugalica ne quidem ea prudentia ac tolerantia utebantur, qua alii similes conventus, in verbis quippe faciles, et ipsa re, i. e. possessa suprema potestate contenti, Regi, solio excusso, ultimam consolationem, externam speciem, verba vacua relinquentes. Idem absque dubio liberales Portugalli facturi fuissent, si recogitassenst usitalas has, quamvis cum re ipsa in contradictione positas verborum formulas eo valituras, ut complures minus sagaces regum amici, fuso decepti ac delusi, repugnare abstineant, constitutionales autem monarchiae, dignitate omni exutae, tanto certius vilescant. — 4. Jul. Die post adventum Regis novum Ministrorum collegium revolutionarium constituitur. 22. Aug. : Legati Russiae et Austriae Ulissiponem deserunt, quia occasione, dum comitia constitutionis capita fundamentalia rata haberant, ad residentias suas luminibus collustrandas eos adigere — lubido aderat. (Continuabitur.)

V a l l á s.

Emlékezetek az Istenről, virtusról, örökkévalóságról.

Albach után fordította A. D. G. Kolosvárt, a' kir. lyceum' bet. 1835. (a' borítékon 1836). 8. 478 lap.

Egy köz tiszteletü német hittudós a' következő panaszokra fakad egyikében a' legjelesb vallási folyóiratoknak: „Az úgy nevezett mívelt rendek közt találni sérfiakat, kik osztályokban alapos és terjedt tudománnyal, hivatali ismeretekkel és ügyességgel bírnak, 's abban is, mi rendszerint általános míveltségnek neveztetik, nem járatlanok; de soha nem tarták érdemesnek arról, mi a' gondolkodó fej előtt a' legmagasb 's a' legmélyebb egyszersmind, a' religióról, alaposb ismereteket szerezni, mint ifjuságokban szereztek. Ezen mélyebb ismeret hiányából szülemlík nem ritkán a' szent iránti egykedvüség, vagy épen annak lenézése. — Egy más osztályáról azoknak, kik magokat a' míveltek közé számítják, az áll, mit a' költő mond:

Igaz, nem a' legjobb az, mihez szoktanak,

De rettenet es sok a' mit olvastanak.

Az idősbek ezek közül, jó tömegét olvasták össze azon könyveknek, mellyeket a' múlt századi francia philosophiai oskola terjesztett, összé azt a' számos utánozatot, mímelést és majmolást, mi Németországban akkor divatra kapott. A' fiatalabbak, engész sereget nyelték el mindenféle vizenyős romáknak, mellyeknek özönvize még nem rég árasztotta el, 's részint jelenleg is elárasztja Németországot. Ollyat azonban azok is ezek is keveset olvastak, mi képes volna őket az ember vallási

viszonyai, a' keresztyénség 's ennek magas becse felől felvilágosítni. Azért nálok nem ritka azon vélemény, hogy a' vallás csak gyermekék és dajkának való, hogy az olly állazó, melly alkalmas a' sokaságot rendőri korlátokban tartani: nem pedig olly dolog, mire mivelt embernek gondjának kellene lenni. Baj ez azokra nézve, kik miveltségét követelnek; de még nagyobb baj a' hittudósokra, nézve az, hogy ezen állapot' bűne nagy részt az ővék; mert irásaiakban a' jó izlés többnyire ismeretlen vendég; ök egész sereg könyvet irnak, melyek között világi embernek édelhető egy sincs; mert ök azon csodálatos szempontból indúlnak, hogy annál tudósabb arczu valamelly könyv, minél több 's kisebb czikkekre van tartalma felaprítva, minél vadonabb formába van öltözöttve, 's minél óriásibb az idézetek' bástyázata, mellyel körül van sánczolva. Avvagy, ha valamelly mivelt világi arra kér, jelezek ki neki olly könyvet, mellyből szabad óráiban a' hit tárgyaiban egyről másról tanuságot meríthessen: hányat választhatok a' végetlen tömegből, melyek rá nézve megemészthetők? Mert úgy látszik, hogy a' keresztyénség' közelebbi 's alaposb isméretét csak kevés, a' barbár iskolányelvbe avatták' kirekesztő birtokává ohajtják tenni, 's a világiaknak léleképítésre szolgáló könyveken kívül ritkán akarnak egyebet juttatni! 'S még is csodálkozunk, ha ezeknél ritkán lelünk többet, mint félüleges isméretét a' keresztyénségnek?"

Nem illik-e e' kép reánk, 's fájdalom! a' mi vallási és hittudományi állapotunkra is? csak hogy

itt, e' véghetetlen parlagság mellett sereg könyvről nem lehet szó, mellyeknek irásában mai nap már nem fáradoz senki. Tudományos munka nálunk kevés, világiaknak szóló pedig épen nem lát napfényt, ha a' Guzmics által megindított Egyházi Tárt kiveszszük, de melly, ugy tetszik a' laicusok között még nem lelt közönséget. Azért, e' nagy szükségen, élénk köszönettel kell fogadni olly philosphus pap' lélekkel és hévvel teli beszédeinek fordítását, mellyek minden a' nézetek' tisztasága 's emelkedettsége, minden az előadás' magával ragadó, magasb ihletű lelkesedésével képesek a' legelhanyagoltabb szívbén is senkolt érzésekét támasztani. 'S noha a' fordító nem éri el az eredelinek oratori szépségeit, nem azt a' teljet és kerekdedséget, melly Pater Szaniszlo' szónoklatát olly megkapóvá tészi: noha, elvétett szempontból indúlván azt hivé, hogy a' kifejezés és beszédszövetnek nem szükség, vagy nem tanácsos azt a' kényes válogatott természetet adni, mellyel németben bir, hanem hogy azt — mi csakugyan egyedül mivel rendeknek van szánya — czélirányos közönségesb nyelven adni: még is a' fordító dolgozását sikertelennek mondani nem lehet. Tudniillik annyira meg van a' fordító eredetiétől hatva, hogy áttétele többnyire elég nemes és csinos; 's még csinosabb lett volna, ha azt a' sok az ö-t, egy-et (mi előszócská gyanánt legtöbbször németes), nemelly bugyogó formákat, péld. „hogy sem ne találtán“ „mint talán“ helyett, került volna.

Ellenben nyelve 's a' mód, mellyel a' szavakat leírja, gyakran vétkes. Nem tartjuk szükségtelennek némellyeket kijegyezni, annál is inkább, mint hogy az efféle hibák többi erdélyi társainknál is gyakoriak, sőt mindenennapiak. mindenek előtt illyen a' rövid hangzók' meghúzása; péld. a' rövid e-é: nÉ-künk, vÉlle (két l-lel, 's így két hiba egy szóban), mÉrész, minden Émű (a' gyökérből n e m, genus), stb.; a' rövid o é; bÖldogság, Órvosság, Óly ('s egy ly, ismét két hiba egy szóban), vOlt, gondÓl stb.; a' rövid u-é: sÚgár, mÚtat; a' rövid ö és ü-é: úzÖk, gyÜmÖcs, fÖld, böjtölÖk (én), kikerülÖm (én), erkÖlcs, Öszve, Önként, Önszeretet, kÖzép, szükÖlködni, jÖn, külÖnbén, dÖgleletes, ébresztessÜnk, legyÜnk, nekÜnk, szÜkség stb. Ki beszél így? 's ha vannak, a' mint tudjuk vidékek, hol egy vagy más az említettek közül köz nyelvben divatos; de hát illiy divat az, mellyet irónak tisztelni, követni kell, minden századok 's jobb írók' szokása' megvetésével? — 'S meghúzások, mellyek egyébiránt is, valljuk meg, kissé húzakodó nyelvünknek teljes séggel nincsenek ékességére, nem hozatnak helyre oly hangzók' megrövidítése által, mellyek viszont hosszak természetöknél fogva, mint péld. az ít szóképző i-je: szomorIt, teljesIt, indIt, stb., noha van vidék, melly azt állandóan megrövidíti; illyenek dicsÖség, kÖfalzat stb, sőt effélék is olyastatnak: igI-ret, dicsIret, igéret, dicséret helyett, Szintígy van a' könyvteli mássalhangzók' kettőzésével, hol egyesnek kell állni, 's egyesekkel kettősök helyett; péld. épPen, téveLlyedni, golyóbisSa; épen, tévelyedni,

golyóbisa helyett; 's viszont: oly, mely, mily, valyon, sesleTség stb., holott illyenek divatban, bár hibásban is, alig vannak; a' dunamellék oll-o t, mell-et, a' tiszamellék oj-j-o t, mejj-et mond, a' szerző' irásmódjára nem tudok auctoritást. Másutt fel is cseréltetnek a' mély hangzók, péld. azokAn, árnyékAt, 's viszont társOd, csikOr, mi bélyegzi ugyan az erdélyi szóejtést; de hát mit akarunk mi? dunaisan, tiszaisan, göcsejesen, hienczesen, palóczo-
 san, erdélyiesen stb. irni, vagy talán magyarul?
 úgy, mint a' régi 's új divat nemesb és felsőbb érte-
 lemben kivánja, a' szónyomozás tanácsolja, a' mindenkor jeles írók többsége javalja? Gyakran hallom e' panaszt: grammaticánk, helyesirásunk nincs még megalapítva, 's kiktöl hallom? Egyedül azoktól, kik restek azt tanúlni. Mert kinek Révai 's Horvát Ist-
 ván' nyomozásai semmik, kilegközelebb g. Teleki Jó-
 zsef' 's az academia' pályairásaikból nem okult, 's a'
 m. t. társaság' rövid, de világos szabályait nem érti,
 vagy követni nem tudja, vagy tán nem akarja — ha
 nem tud is helyettök helyesbeket 's világosbakat elő-
 állítni — az inkább ne is irjon. Nagy megvetése sek-
 szik abban az írói talán első kötelességnek szintúgy,
 mint a' közönségnek is, ha ki tollat ragad a' nélkül,
 hogy sorait hibátlanul le tudná irni, a' nélkül, hogy
 azt tudná — mert egyszer már csak ki kell mondan-
 ni — mit miveltebb nemzettársainknál nem tudni, is-
 kolás gyermeknek is szégyen. Engedelmet a' kese-
 rű szóért; de kötelességgé teszi azt a' minden nap
 tapasztalt elmulasztás; 's az ügy' szeretete parancsol-
 ja, hogy e' részben is mindenkor kímélet nélkül meg-

rovassék a' hanyagság, gondatlanság, vagy szabály' megvetése. —

ex. A.

*Sensa Dni O'Connell de relatione Ecclesiae
in Hibernia, ante Comitia 1837-i.*

D. O'Connell ad literas Dni Wentworth Beaumont, Ablegati comitialis de Ecclesiae in Hibernia rationibus inter caetera haec respondit: „Hibernia, mea opinione, conquiescere nequit, donec religio potioris partis in quibusvis relationibus cum religione longe minoris numeri ad eandem prorsus libellam collocata non fuerit. Priusquam hoc eveniat, regnum a salutari illa, pacifica, et strenua agitatione liberum esse nequit, nec erit, dum vixerit.“ Prosequitur dein: hoc pro Hibernia famae et estimationis postulatum constituere; idemque rationem, intellectum, sensa et nobilissimos affectus hibernici populi deposcere. Id quemvis intime persvatum tenere, quod catholicis in religiosis aequa ac politicis relationibus aequalitas cum protestantibus tribuenda sit. „Pax, inquit, tranquillitas et prosperitas Hiberniae exigit, ut liberi arbitrii principium inducatur, ut quaevis confessionum suos interteat sacerdotes. Quamdiu Protestantium ministrorum quispiam ad marsupia catholicorum jus sibi arrogaverit, discordiae, invidiae, et turbae in Hibernia vigebunt.“

*Hilaria vespertina in Nagy-Abony, instituto
Mentemotorum fructificantia.*

Vacio 15. Jan. 1837. Quam pia, quam sit ingeniosa illa charitas, quae se debitricem omnium agnoscit, et virtutem animam, ac plenitudinem legis efficit, ostendit pronuper exemplo sane conspicuo Rmus Dnus Joannes Andrassy de Ér-Keserő, Cath. Eccl. Vaciensis Canonicus honorarius, Districtus Nagy - Abonyensis Vice-Archi-Diaconus, et Ecclesiae ejusdem nominis Parochus: qui tenebro sublevandae humanitatis affectu, et amore proximi, ac ultimis Regni comitiis palam declarata, et miserae, ac miserandae omniumque infelicissimae Hominum classi pie nuncupata sollicitudine quasi percitus, 8. Jan. a. c. in Oppido Nagy-Abony, curae suae pastorali concredito, et equestris ordinis insignibus familiis numerose referto, ac Magnatibus quoque resplendente, hilaria vespertina', cultiori genio dedicata, et concentui musico sororie copulata, pro bono et ampliori incremento saluberrimi Mentemotorum instituti aere suo, impensisque suis procuravit; utque symphoniaca hujusmodi Genalia in hoc arctiori, et communi penuriae statu, qui generosis aequae, et a largitate commendatis beneficiendi suffflamina ponit, avidius appetenda redderet, belle simul, et sumtuose praeparata esculenta, atque poculenta hospitibus liberaliter propinavit; insuper autem, defixo ad florenum seorsivo ingressus pretio, lucri praemia, medio ollae fortunae, sive aleae jactu prosperanda, et

in operibus, acu phrygia pictis, crateribus item, et phialis consistentia, ac per eum ipsum, aliosque, pietati ejus suffragari cupientes, munifice oblate, in commune proposuit: atque ita sine illo, omnium nobilissimo, et certatim expetendo, ad sacrificium, in ara charae Patriae, et afflicti civis adolendum, ac ibidem odore savissimo flagraturum, prope mille florenos valutales conflavit.

submissum e Dioecesi Vaciensi.

*Cardinalis Lambruschini ruri valetudinem
recepérat.*

Roma 5. Jan.: Cardinalis Status - Secretarius Lambruschini continuo adhuc extra urbem moratur procul ab omnibus negotiis, et in hac quiete valetudinem sensim recuperat ita, ut medici perswasum teneant: malum gutturis, quo laborat, post aliquot tempus prorsus sublatum iri, eumque tum clavum regiminis absque novo periculo valetudinis resumturum.

*Londini diebus Domini rhedae mercenariae
cursum sistunt.*

Londino. Rhedarum mercenariarum in tota Anglia possessores in suo conventu decreverunt, ut diebus Domini posthaec cursus meritoriarum rhedarum interrumpatur. Conclusum hoc oeconomiae partim, partim religionis rationes adduxerunt.

Caeo-Regia Ap. Majestas die 13. Jan. Ill. D. B. Barkóczy de Szala, Abbatem Canonicum Metr. Ecclesiae Agriensis et Tabulae R. Jud. Praelatum — Episcopum diocesanum Alba-Regalensem benignissime nominare dignata est.

Portugallica Constitutio 1820.

(Continuatio.)

September: Ministri rursum dimissi, ut vehementioribus democratibus locus detur. Plenus triumphus systematis, quod liberale dicitur, quodve in Hispania et Portugallia, jurene vel minus, simpliciter Murariorum audit. Rex adoratus, Regum omnium optimus, qui cunctis postulatis subscripserat, in theatro sybilis exploditur, quod ei vix eventurum erat, si revera Rex esse perseverasset. Ideo etiam publice deprecandum ei erat, quod in una palatii fenestra stans, faciem non in milites rebelles, sed ad eos, qui in oeco congregati erant, converterit. Omnes, qui Regi fideles fuerunt, et Ministri, olim revolutioni minus faventes, amoventur et arbitrarie in exilium pelluntur. Bona ecclesiastica in fiscum rediguntur, quod quidem vice constitutionis vetitum fuit, verum enim vero „auctoritate“ — ut ait decretum — „Professorum Coimbrae“, postmodum Ablegatorum comitium, id jure fieri censetur, tanto quidem magis, quod iidem, „a quo Marchio Pombal Minister fuerat, constanter docuerint, bona ecclesiastica esse bona nationalia, ac proinde civitatem de iis pro lubitu disponere posse.“ Nexus cum Romana sede abrumpitur in obversum jurisjurandi constitutionalis de manutenenda religione romano-catholica nuncupati; liberalis enim conspiratio et confraternitas per totum orbem terraqueum diffusa, ecclesiae u-

niversali substituenda contenditur. — Decimae abrogantur, census a fundis, et aliae praestationes territoriales, solenni de inviolabilitate proprietatis sponсione nihil opitulante, sufferuntur; agendum quippe erat, ut ante omnia Clerus ad incitas redigatur, neve ullaе reciprocæ praestationes locum habeant, sed sola usuraria pravitas velut fons divitiarum et unicus inter mortales nexus supersit. — Sacerdotes magno numero, proclamata licet individuali securitate, arbitrarie comprehenduntur. Patriarcha Ulissipone exulare jubetur; et novae ab i-nimicis religionis procusae ecclesiasticae constitutionis, nec non disciplinae ecclesiasticae (*Constitution civile du Clergé*) leges statuuntur. — Cuncta haec verisimiliter ad dictum religioni romano-catholicæ sacramentum tanto religiosius observandum! —

29. Septembris. Comitia de dissidiis, quae inter duos Brasilianos conventus, Bahiensem et Rivi Januarii, eruperant, magno cum suo dolore certiora redduntur. Neque Principi liberali, utut ternis vicibus fidelitatem et obsequium juraverit, fidem adhibent, et ideo pro immensis Brasiliae terris in comitatus et districtus dividendis consectam rationem submittunt, sperantes illa se quemvis resistendi modum praepedivisse; caeterum Principem Regentem, Don Pedro, Brasiliam relinquere jubent, utque presso nomine (*incognito*) Angliam, Galliam et Hispaniam peragret, praecipiunt, ad combibenda ibidem constitutionalia seu re-praesentativi regiminis principia. —

24. Dec. Don Pedro non censuit esse consultum decreto huic obsequi, Senatus vero ejusdem in Rivo Januario Serenissimum Conventum Ulissiponensem catervam anarchistarum compellat. In contemptum igitur mandatorum Princeps constitutionalis in Brasilia manet, imo bellum quoque adversus Monte Video proprio marte gerit, quod Comitia inconveniens ac invalidum declarant.

— Primus itaque annus constitutionalis in Portugallia celebratam adeo libertatem arbitrariis plurimorum carceribus, sanctam proprietatis inviolabilitatem innumeris spoliationibus et sequestrationibus, violentis item exauctionationibus, proclamataam universalem securitatem — confitentibus ipsis comitiis — 60 bene armatis praedonum gregibus, stabilitam denique populi majestatem pluribus tumultibus ac seditionibus foedavit. Interim tamen his non obstantibus auctores et asseclae revolutionis inconsequentialiae aut contradictionis, quam eis parum acuti eorum adversarii oggerere solent, argui nequeunt; nam semper alioquin intelligebatur, et editis scriptisque facile perspicie potuit: Nationem seu populum summae potestatis ex ipsis duntaxat (liberalibus) consistere, atque ideo constitutionalia etiam, imo singularia quoque hominis iura ipsis solis competere; unde se quidem cunctis illis violentis mediis suos inimicos oppressisse, hoc attamen necessarium fuisse, ut suam propriam libertatem, fortunas et securitatem personalem, collectivam denique majestatem suam (potestatem

~~suum~~) sartam tectamque praestent atque amplificant.

1822. 9. Januarii. Provincia quoque Minas Geraes in Brasilia contra Ulissiponensia comitia consurgit; octo diebus post copiae constitutionales portugallicae, 2000 viris constantes, propudiose e Brasilia abiguntur, quae Ulissiponem solvunt; postquam ipse Don Pedro imperium ad hoc dedidisset, exclamans „Indépendance on la mort.“ (Independentia aut mors.) 16. Febr.: Postulante Municipio Rivi. Januarii e Repraesentantibus (Ablegatis) diversarum provinciarum, nomine Procuratorum, Conventus (Junta) legislativus Brasiliensis conflatur. — 15. et 18. Apr. Comitia Ulissiponensia, audita repugnantia, quam in Brasilia offenderant, magno terrore corripiuntur, itaque nunc primum aliquantum cedunt, decretam Brasiliae in Comitatus divisionem differunt, ac a mandato contra Don Pedro 29. Sept. 1821, et de ejusdem constitutionali cultura lato, recedunt, admittuntque, ut in Brasilia manere possit; non secus ut ibidem gubernium cum peculiari aerario erigatur, addunt una fundamentali constitutioni capita quaedam supplementi instar, quae interim cum constitutione in evidentissima sunt contradictione. 29. April. Decretum comitorum, quo (ad demonstrandum absque dubio, quanta fide libertas personalis et inviolabilitas asyli, in domiciliis civium sarta tectaque conservetur) regimi potestas tribuitur, singulum quemque civem aut magistratum, cuius mora in loco, communis alias domicilii, periculosa esse videretur, brevi manu

ex una provincia in aliam deportandi et proscribendi. Vi datae hujus potestatis Ministri illico a Praelatis et Magistratibus, qui e Rivo Januarii cum Aula adpulerant, exordium sumunt, quos, opinione sua periculosissimos, deportari jubent. 5. Maji. Don Pedro propria auctoritate titulum **Principis Regentis et constitutionalis Brasiliae Protectoris** sumit; quamquam hoc ipsum, per eundem arreptum consilium constitutioni adversum esset. 2. Julii. Portugallica comitia contra praecipiunt, ut Conventus Rivi Januarii, obmotae seditionis puniendae ergo, tribunalibus tradatur; decretum ejus de convocandis Procuratoribus abrogant, edictum ad populum Brasiliae dimitunt, et parte ab una dirae necessitati cedentes, parte vero ab altera ita dicta principia salvare cupientes, Brasiliæ Delegationem duntaxat, seu potestatem executivam largiuntur ea, sensu suo, ratione, ut dicta Delegatio nequaquam leges aut jussa Conventus Rivi Januarii, sed Ulissiponensis in effectum deducenda habeat. Liberalis Princeps, Don Pedro, qui ad Comitia rata habenda tam multum contulerat, quin imo fabricandam ab iisdem Constitutionem praeviewternis vicibus jurejurando probaverat, per suos constitutionales Dominos tamquam perjurus Rebellis diris omnibus devovetur. 15. et 20. Sept. Comitia portugallica longe majori adhuc indignatione intelligent, in Brasilia non solum Procuratores, sed, quemadmodum Ulissipone factum est, Comitia quoque convocandi consilium adesse. In primo irae propter intolerabilem hunc ausum impetu et-

iam decretum de memoratis constituentibus Comitiis Brasilianis abolent, Regimen Rivi Januarii illegitimum esse declarant, quod pure de facto non vero jure existat; acsi vero suum fortiori jure consisteret! obsequium omne, quod Regimini illi praestare quis auderet, pro crimine laesae Majestatis habent, Principi Regenti imperant, ut Brasiliam intra spatium unius mensis relinquat et Ulissiponem revertatur; Rex ipse, Parens, congrua expedit mandata, ut decreto huic obtemperet; idcirco enim Comitia Regem convenerant, et in hoc solo respectu videbatur consultum ad regiam patriamque auctoritatem recurrere, quoniam suā eam efficaciorem fore putabant. Comitia quidem oblita sunt, ipsamēt prima seditionis signa sustulisse, irāmque sine sufficientibus viribus vanam omnino esse; ea tamen perspicacia pollebant, quin iniūcō, pallam arma minitanti, veniam offerrent, tanto minus pecuniam rebellibus Brasilianis mitterent, sicut antea ex adverso Regium gubernium Ulissiponense et e Brasilia redux Lord Beresford relate ad rebelles Portugallos fecerant. (Continuabitur.)

B e s z é l g e t é s.

Voltaire a' más világról meglátogatja betegségeben Lafayettet.

Lafayette. Kápráznak e szemeim? vagy magam előtt Voltairet látom? — Legalább képének esemert rajzához igen hasonlónak találom ezt.

Voltaire. Ne kétkedjél, Lafayette; engem látsz; Voltaire áll előtted.

Laf. Igen örvendek idejelenéseden; mert valóban nagy szükségem vagyon reád. Én több napoktól fogva betegeskedem; háromszor nyitottak eret rajtam, 's hogy őszinten kimondjam, én, a' kit már nyolczvan esztendők' neheze roskadoztat, fölölte nagyon írtázom a' haláltól.

Volt. Szívemből sajnálkodom rajtad: mert ilyen szorongatás engemet is kegyetlenül kínzott egykor. De mit van mit tenned? Jól tudod, hogy a' philosophia sem védhet a' halál ellen.

Laf. O fájdalom! nagyon is meg vagyok győződve, hogy ezen disznósors ellen nincs orvoság. Egyéb vallási híresztésekre nézve, mellyeket nem láthatunk szemeinkkel, segíthetnek magokon a' philosophusok egy pusztta tagadommal 's ezzel a' bög el van rugva: de mikor a' halálról vagyon a' szó, erről, vagy akarjuk, vagy nem, a' philosophusok' hitének kezet kell fogni a' Kapucinusokével.

Volt. Nincs különben. Ha ezeket a' lelki haromiákat minden egyébben tévelyegtetjük is, meg kell vallanunk, — a' mi legnagyobb baj, — hogy abban az egy pillantatban, melly a' száj' tátásával véget ér, nekik igazuk van. Mindazáltal elég mivelni a' földet; az aratás egy nap' munkája, és ha nem úgy üt ki, abban nem sok fekszik. Ha nem mond már, miben lehetek szolgálatodra.

Laf. Ha egyenesen ki kell annak szaladni a-

jakimon, a' mi faggat belől, nem tagadhatom, hogy egykevesé szégyenlem előtted a' nyilatkozást.

Volt. Mi az ördög! Hát mikortól fogva kezdi a' philosophia magát szégyenleni? — Csak ki vele szaporán! Betegséged' gyengéje ez, nem egyéb. Szólj; hányd, okádd a' káromlásokat bátran egyremásra kényed kedved szerint, és soha ne felejtsd, hogy a' vakmerőség, és szemtelenkedés csudaszépen illenek a' philosophiához.

Laf. Oh, ha csupán csak a' káromlásról volna a' szó! — — De már akármint van, hallgass meg engem, Voltaire, — Egy lábammal még itt, másikkal már a' sírban, és közel feloszlásához ennek a' mozgó testtömegnek, mellyet eddig Laf ayantte Úrnak neveztek itt, lelkemet fölötte igen háborodottnak, és nyugtalannak érzem lenni, 's veszem észre, hogy a' philosophia nem képes lecsendesítni dúlongó habjaimat.

Volt. 'S mit kívánsz tőlem megnyugtatásodra?

Laf. Vajmi kedves dolgot cselekednél nekem, ha a' philosophiából merített okokkal meggyőzhetnél arról, hogy én semmi sem vagyok több, 's egyéb sertésnél, vagy denevérnél, és hogy, ha egyszer meggebedek, akkor mindennek vége valem.

Volt. Miért akarnál te inkább barom, mint ember lenni?

Laf. Mert ha baromként élt az ember, vesznie is baromként könnyebb lenne, Látom, a' szamarak, tyúkok, egerek mi könnyen, 's nyúgottan fúják ki párájokat, és én, már közel ahoz, hogy döggé váljak, halálos szorongatásokat érzek,

Volt. No bizonyszép becsület a' philosophiának, ha odaviszi az embert, hogy a' tyúkok' enyésztét irígyelje!

Laf. Én pedig éppen nem látok semmi középutat. Vagy úgy kell élnünk, mint a' Barátok mondják, vagy ohajtanunk úgy végezni az életet, mint a' vadkan hörgi ki azt.

Volt. De ha sertések, vagy más efféle baromok volnánk, mit használna akkor a' philosophia?

Laf. Mit használ imígys, ha, miután úgy éltünk mint philosophusok, úgy halunk meg, mint kétségeesettek? — Édes Voltairem, minden szeretettel kérlek, üzd ki belőlem, ha lehet, a' pokol' iszonyításait, 's ezt az aggasztó kétséget a' jövendő élet felöl.

Volt. Kedves Lafayeltem! — — —

Laf. Oh ne akadj el; mondj késlegés nélkül megnyugtatásomra valami vígasztalót.

Volt. Igazán szólva én magam is szégyenlem valamennyire magamat.

Laf. Hogyhogy? hát még te is tudnál e szégyenleni valamit? Szólj, szólj, kérlek még pedig szokásod szerint olly merészbátran, a' mint csak lehetséges.

Volt. Neki tehát! Tudd meg, Lafayette: hogy én is rettegtem halálos ágyamban a' pokoltól, 's éppen illy szorongatások gyötröttek engem is, millyeik most téged feszengtetnek.

Laf. 'S mit tettél, hogy szabadulj tőlük?

Volt. Meggyőntam.

Laf. Juj, mit kell az ördögbe hallanom! Te

a' hitlenek' Fődandárnoka, te, a' ki a' Krisztus Jé-sust ama' „Infame“ néven kívül nevezni sem tudtad, te folyamodhattál e a' papi hatalomhoz, hogy a' Megfeszítettnek nevében feloldozzon? —

Volt. Úgy van, 's ezen fölül még némi viszszamondó zagyvaléket is fizáltam öszve nevem' aláírásával, hogy eleget tegyek az Anyaszentegyháznak, 's vele megbéküljek.

Laf. Ugyan nem nyiladoztak e még nyoszolyád' foglatai is ingólag nevettökben, mikor egy Voltaire-t penitentiát tartani, töredelmeskedni láttak?

Volt. Fiam, illyen időpontban nem úz az ember tréfát, és egy' illy gyertyavilágánál még a' legerősebb lelkek is elgyengülnek, legyarlódnak. Boulanger, Boulainvillers, La Mettrie, Maupertuis, Montagne, D'Alambert, Diderot magok is szint' ezt cselekednék; és átalában a' legderűltebb eszű philosophusok is csak akkor szórják bátran, 's nagykedvüleg a' káromlásokat, szidalmakat, mikor még nem éreznek fojtogató markot torkok körül. De mikor közel szagolják már a' kénbüzű pokolmocsárt, akkor gyöntatóatyát kiáltanak, 's nem akarnak a' szabadelvűek' biztatásával megelégedni, vagy a' győzedelmet dalló Marseillei vad örömnök szilaj tapsai, 's kurjongatásai között átrándulni a' más világra.

Laf. De fogjuk fel a' dolgot pontosan, 's világosan. Ha a' philosophusok a' másvilágról szóló állítmányokat valóban merő papi költeményeknek hiszik lenni, hogyan becstelenedhetnek le anyira, hogy a' végső lehelettel magok hazudtolják

meg magokat? Ha pedig az utolsó ítéletet, a' poklot, az öröklétet igazságoknak tartják lenni, miért beszélnek, 's üznek életekben olly dolgokat, a' miket halálok' óráján megbánnak, és visszahúznak?

Volt. Mit feleljek erre neked? — A' félelem vajmi sokat tehet!

Laf. Mikor meggyóntál te, ugyan volt e igaz szívbeli bánatod?

Volt. A' félelem, azt tudom, hogy nagyon is igaz, és szívbeli volt: de ha illyen volt e bánatom is, erről méltán lehet kételkednem.

Laf. Mit használ a' gyónás igaz bánat nélkül?

Volt. A' nyavalya' minden fájdalminak közepette, mikor a' fő szédeleg a' láz' forrójában, akkor nem lehet olly szorosan visgálni a' dolgot, akkor a' gyónással csak egy' adat opium gyanánt él az ember, hogy esendesebbüljön a' hagymázkodás.

Laf. Jó. Minthogy tehát olly igen leverve érzem én is magamat az iszonyú félelemtől, hogy pihenést leljek, gyónni fogok én is.

Volt. Cselekedd bizvást. Ha a' hitlenség Fö-dandárnoka meggyónhatott, teheti ezt a' revolutio Kürtnöke is.

Laf. De mit mondanak majd tanítványid, ha megtudják annyira jutottát mesteröknek, hogy gyónáshoz folyamodott?

Volt. Kótelelességemben állott gondoskodni aziránt, a' mit az okosság, és illendőség parancsoltak; azért, mihelyt szabadabban vehettem lélekzetet, töstént beiktattattam az európai Kurirbe,

hogy egyedül csak a' papok költötték az én úgynevezett viszszamondásomat.

Laf. Igen derekasán. Én is majd a' francia Kurírben merő hazugságnak fogom hirdettetni gyónásomat, és ezzel az egész Liberalismusnak dísze, becsülete meg lesz mentve. Mindazáltal a' sok összeviszsza kerengő szóváltások, hírközlések között még is könnyen maradhat fen néminemű kétélkedés.

Volt. minden bizonynal. Én azért, alig gyógyultam fel, káromlásimat újra kezdém, 's még gonoszabbúl mint azelőtt. Ez által mindenki elhitte, hogy viszszamondásom nem volt igaz, és hogy csak a' Sz. Sulpiczi papból kívántam kedvem' töltésére tréfát, és csúfot úzni.

Laf. Ugyanezt fogom magam is cselekedni. Mihelyt valamivel jobbacskán leszek a' gyónás után, elmegyek a' követek' teremébe, és ott olly fertelmességeket, olly túlságokat fogok öszvehordani, 's kidühöngni, hogy a' Sz. Sulpiczi papnak minden kedve elmegy, gyónásommal, megtérésemmel di-csekedni.

Volt. Ezt helyén fogod tenni. Így a' revolto' nagy trombitájának neve szeplő nélkül fog által szállani az utókorra.

Laf. Mennyi ideig éltél még, Voltaire, ama' nevelséges játék után?

Volt. Mintegy három hónapig.

Laf. Ez igazán nem sok. Hát mikor már valóban reád ülött a' végső óra, hogyan ment a' dolog?

Volt. Bódolgásban voltam ugyan; de különbén is nem igen jól ment állapotom. Ollyakat tet-

tem, ollymit faldostam le, a' mit tilt nevezni az il-lendőség. Hogy röviden, 's egészen kimondjam: úgy haltam meg, mint egy veszett kutya, vagy dühödt vadkan.

Laf. Úgy hát rosz volt a' vég.

Volt. Mit tehettem? a' philosophia' becsületét meg kellett menteni.

Laf. Tehát, a' mint látom, barommódra kell nekem is meghalnom, hogy épen maradjon a' revolutio' becsülete.

Volt. Neked leszsz még egykét hónapod hátra, 's ezalatt szabadon választhatsz a' Miserere, és a' Carmagnolei lázdal között.

Laf. Igaz; hogy ne felejtsem: — Voltaire! már ötvennégy esztendeje, hogy meghaltál te, Ugyan légy olly szíves, 's mond meg nekem! van e valóban másvilág, vagy nincs? Ha van, hogy bánt abban a' l'Infame veled? 's vallyon a' philosophusok elégülttebbek e ott, vagy a' Capucinusok?

Volt. Kedves Lafayettem, én mindezekről semmit nem mondhatok neked.

Laf. Micsoda szíveségtelenség ez töled köztünk, a' kik e' földön mindenketten nagy szerepet játsztunk?

Volt. A' ki igazat akar tudni, kérdezheti ez iránt katechismusát, vagy lelki tanítóját; a' ki pedig ezeknek vonakodik hitelt adni, az a' Sátán' országából jött tanúnak sem fog többet hinni.

*Merita Ordinis Fratrum
Misericordiae.*

Merita Ordinis Fratrum Misericordiae in universo Imperio Austriaco perquam nota sunt, laudes ipsa facta praebent: Budae (Prior Arnoldus Peche) anno praet., seu a 1. Nov. 1835 usque 31. Oct. 1836 in nosocomium suscepti sunt absque omni solutione 1531 infirmi, e quibus in vita conservati 1322; mortui 209. Ex illis simul suratis 860 fuerunt natione Hungari (eo intellectis Slavonia et Croatia). Ratione autem religionis 1275 catholici, 213 protestantes, 34 gr. n. u. et 9 Israelitae. Ad omnia 30 Ordinis Nosocomia, per totam Monarchiam Aust. dispersa, memorato anno 19.043 infirmi recepti, e quibus 1.961 mortui. (Provincialis Ordinis est Fr. Gerhardus Nagele). In nosocomio ejusdem Ordinis Zagrabiae anno milit. praeterlapso 543 infirmi recepti, e quibus 51 mortui; recepta valetudine dimissi sunt 492. — E toto numero 524 erant catholici, 6 graeci, 12 protestantes et 2 israelitae.

Denominations.

Caeo - Regia Apostolica Majestas altissima resolutione sua de 7. Jan. a. l., ad R. Cancellarium H. A. data, Josephum Krautmann, Officii Vicariatus Tyrnaviensis a Secretis, et Joannem Bécker, V. A. Diaconum et Parochum in Vadkert, Metropolitani Capituli Strigoniensis Canonicos benignissime nominare dignata est.

Statistica Tabella Status Pontificii.

Legationes et Delegationes	Extensio in □ mill. geogr.	Impopu- latio 1827	Civit.	Oppida	Pagi
1. Patrimon. Petri, Co- marca di Roma . . . 40/	272.529	6	5	200	
I. Legationes.					
2. Bonnoniae . . . 67/25	306.675	2	21	371	
3. Ferrarae . . . 50/25	205.084	2	13	254	
4. Romandiolae (Raven- nensis) . . . 42/50	148.989	4	8	138	
5. Fori Livii (Forli) . . . 56/	158.097	6	9	332	
II. Delegationes.					
6. Urbinensis . . . 50/	216.071	12	16	410	
7. Ancomitana . . . 25/	155.397	3	17	410	
8. Maceratae et Camerina . 67/25	143.820	9	17	404	
9. Firmiensis et Asculensis . 48/75	160.936	4	15	82	
10. Perusiensis (Peruggia) . 81/50	188.598	7	19	316	
11. Spoleteusis . . . 64/25	148.598	6	14	204	
12. Viterbiensis et Civita V. . 86/85	145.022	13	24	276	
13. Frosinone . . . 62/25	117.537	7	5	200	
14. Beneventana . . . 4/20	22.704	1	—	8	
15. Velletri . . . 30/50	51.500	6	7	124	
	Summa 811/80	2.471.557	88	190	3729

Novissimus populi census 2.592.329 inc. exhibet. Ex his Itali 2.576.329. Judaei 16.000. Praeter hos Judaeos caeteri Catholici sunt in 6 Archi- et 72 Episcopatibus, e quibus aliqui conjuncti. — 1.824 monachorum et 612 monialium claustra, et 2090 Parochiae numerantur.

Marchio Vanni, qui mandato Regiminis dimensionem territorii ecclesiastici direxerat, solum omne in 242.000 Rubj. agros, 14.000 Rubj. vineas; 162.000 R. pascua, 1400 R. hortos pro cultura olerum, et 170.000 R. silvas — quae simul 590.000 R. seu 2.380.000 jugera anglica faciunt — partitur.

Militia decreto Pontificis de 29. Dec. 1834 conflata est e 10 cohortibus peditum cum duabus legionibus alienigenorum, 1 legione cataphractorum, 1 item dimachorum, 1 agmine venatorum, 1. jaculatorum et 1 centuria pyroboliorum, quae simul 17.372 peditum et 1525 equitum exercitum constituant. — Res aeraria: Expensae annuae ad 8.421.215 scudi computantur. Aes alienum 1814 tempore recuperati regiminis 7.500.000 fl. effecit. — Praedia Principis (Domania) ad 90 millions aestimabantur. Aes alienum ordinatum et constans, dum modernus R. Pontifex regimen adiret, jam ad 52.000.000 fl. accrevit; pendens autem seu inconsrens 7.500.000 effecit. His per duos annos (revol.) 23750.000 *) accesserant, ac proinde summa tota aeris alieni hodie 83.250.000 fl. constituit. — Seculo adhuc priori e pure ecclesiasticis 3.5000.000 fr. percepta, hodie solum 150.000. Illa sic fuere in rationes inducta: 500.000 pro dispensationibus matrimonialibus; 1.000.000 pro beneficiis non consistorialibus; pro his et annatis (vacantibus beneficiis) 1.000.000; pro Brevibus et Spoliis (haered. sacerd.) 100.000 franc.

*) Mensarius quidam romanus ex his 23.750.000 ab aero rario Summi Pontificis tantam 14.250.000 fl. puros perceptos esse asseverat.

N.B. Pag. 91. o. 9. corrigendus typi error in Anachronismus. — Tum pag. 92. o. 14. loco „aequanimitas“: „incuria“ potius ponenda; licet nec „aequanimitas“ in malo probanda sit.

N. B. Tam „Alvearis“ quam Ephemeridum integra adhuc exemplaria haberi possunt. Per Postae O.F. 4 fl. c.m. semestri 1-o.

B e s . z é l g e t é s .

A' Haramia , és a' szabadelvű Philosophus .'

Haramia. Megállj!

Philosophus. Mi doleg? Miért álljak meg?

Har. Megállj, mondom; különben itt leszsz véged.

Phil. De ki vagy te? Mit akarsz te?

Har. Erszényedet, vagy életedet.

Phil. Tehát haramia vagy te?

Har. Igen, olly valami; azért ide az erszényedet, vagy veszsz pokolba.

Phil. Jaj! jaj! ereszsz az Isten' irgalmáért!

Har. Mi közöd neked az Isten' irgalmával?

A' mint szakálod, 's bajuszod mutatja, nem vagy e te szabad szellemü Philosophus?

Phil. Az vagyok, jó Uram, 's mondhatom magam felöl, hogy én felvilágosodott századunk tanítmányaihoz vallakozom.

Har. Hogyan juthatott hát csak eszedbe is, ollyan vakhivelgő buta felkiáltáshoz folyamodnod? Valóban nevetségesen hangzik illy minden előítéletekből kitisztultt embernek szájában az Isten' neve.

Phil. Ah, illyes miket ejteni ki, csak a' rászokottság' eredménye nálam: mikor veszedelemben forgok, akaratom ellen is nyelvemre szökkennek.

Har. De végezzünk egymással röviden. Van e Isten, vagy nincs? Mit mondatok erre, tí duzadt fénytömlök?

Phil. Jó uram! Isten csakugyan nincs — —

Har. Ha nincs Isten, akkor az emberek között Isten' irgalmáról, isteni félelemről szó sem lehet, és én úgy nem látom, miért ne gyilkolhatnálak meg téged minden joggal, és igazsággal.

Phil. Várj, várj még egykét pillantatig, hogy jobban megeszmélhessem e' dolgot ... Igen, édes Úr, csakugyan vagyon Isten.

Har. 'S mit csinál, mit akar ez a' philosophusok' Istene?

Phil. Hivalkodva ül egében, 's le nem bocsátkozik annyira, hogy az emberek' úgyeibe avatkozzék.

Har. Reám nézve tehát csak annyi, mintha nem is volna, és én megbántásától tartó minden aggodalom nélkül kivégezhetlek téged e' világból.

Phil. Tartóztasd, kérlek, még kevesé magadat: csakugyan lehetetlen, hogy a' gyilkosság Isten előtt kedves legyen.

Har. Hogyan tudhatod te, mi kedves előtte, mi nem? Talán megjelentette ő neked a' magatetszését 's akaratját?

Phil. Csak egy kis időt még, hogy erre felelhessek. — —

Har. Nem, nem. Kár volna itt minden idővesztés. Ha szólott Isten, menjünk a' lelki tanítóhoz, meg érteni tőle, mit parantsol Isten: ha pedig nem szólott, hát engedd magadat szépcsendesen megöletni, 's ezzel jó éjszakát.

Phil. Ez egy átkozott öszszeviszsza fűzött szövény! Ha azt mondomb; hogy nincs isteni tör-

vény, végem van; megöl... Ha megengedem, hogy szólott Isten 's kijelentette törvényét, vége az egész philosophiának — — —. De lassan, ... megleltem már.— Haramia uram, nem, nem szólott Isten, az bizonyos: de az emberi szívbe oltott még is olly érzetet, melly írtóztat a' ragadozástól, ölestől, és mindenmű igazságtalanságtól.

Har. Eh no; ez valami különös! Én pedig még is érzek szívemben igen élénk vágyódást másnak ruhájára, érzek nagy hajlandóságot a' boszúállásra, érzek erős ösztönt, fulánkolást a' bujaságra. Honnan, 's mikép tudod, hogy ezek az érzmények Istennek nem tetszenek?

Phil. Haj! hisz' a' dolg kézzelfogható. Ném tagadhatja senki, hogy gonoszság az, a' mit az emberek mindenjában annak tartanak, és a' mi ellenessegűl a' természet törvényének.

Har. Hallod e? én magam sem tagadom, hogy nálam is zeng lelkem' fenekén egy bizonyos szózat, melly igen természetesen némelly dolgokat helybenhagy, mint jókat, némellyeket ellenben fedd, és röszszall. De ez a' szózat először igen kétes néha; azután nem látom, mi birhasson, vagy kötelezhessen ennek engedelmeskedni, ha a' philosophusok' Istene semmivel itt alatt nem gondolkán, hivalkodva ül a' maga egeiben.

Phil. De azért megfenyíthetne ő még is — —

Har. Megfenyíthetne! Mit locsogsz te itt az isteni fenyítékről?

Phil. Vagy nem, nem; csak amúgy tréfálól talált e' szó kicsuszamlani ajakimon. Hanem, úgy e hogy — — —

Har. Ne szaporíts szót. Van e pokol, vagy nincs? — erre felelj.

Phil. Jaj nekem! már megint egy új akaszték. — — —

Har. No ki vele! van e, vagy nincs?

Phil. De, édes Úr! ugyan hagyjunk fel ilyen beszédekkel.

Har. Isten órizz! sőt inkább most jutunk még a' derék következetésre. Ha van pokol, úgy szabadon bocsátok: mert nem akarnék abban a' tűzkezemenczében örökre fűlni sűlni; ha pedig nincs pokol, úgy e' gyilok bátran ronthat bé oldaladba; semmit sem gondolok rimánkodásiddal; akármit darálj te, nem fog rajtam.

Phil. De hát nem félsz-e legalább a' börtöntől, a' kötéltől, az akasztósától?

Har. Éppen semmit. Illyen kellemetlenségek elől félre tud még a' kezdő is suhanni, és ha megtörtenik egykor végre, mit neki? egy szempillantás alatt mindenestől véget ér az ember. De a' pokoljal, ezzel egészen máskép áll a' dolog; ez egyedül az a' kínos bündij, melly az útonálló zsivánt is megreszkettetheti. Azért ne téltúlozz semmit, hanem felelj merőn: van e pokol, vagy nincs?

Phil. Illyes miket nem lehet tudnunk.

Har. No jó: ha hát én ezt nem tudhatom, legalább lehet merniem. Te mered mocskolni a' szentiségeket, gúnyolni az anyaszentegyházat, felzen-

dúlni fejedelmed ellen; én pedig merlek téged meggyilkolni. Itt kettő a' merészlet; egygyik a' másikat löki el; egyenlő helyzetünk, 's neked nem lehet pañaszod ellenem.

P h i l. Édes drága úr! a' gyilkosság csakugyan még is minden bizonnyal ellenkezik Isten' akarat-jával.

H a r. Azt hiszed hát, hogy a' pártütés, czégeres bujaság, káromkodás nem Isten' bántásai? — Halljad; ezzel a' hatalmas szakáloddal, te filosópháló kecskebak! — ha engedelmességet kíván Isten az emberektől, úgy szükséges, hogy törvényét tudtokra adja, kihírdesse, és mind a' jutalmat, mind a' bűntetést megállítsa; ezen esetben pedig tartozunk mind paraditsomot, mind poklot, 's minden hinni, a' mit a' tőle rendeltt lelki tanítók előnkbe terjesztenek: ha pedig semmit nem parancsolt Isten, ha semmi gondja arra, akármit tegyünk mi, úgy csak hagyd magadat türedelmesen megölet-ni, — 's vessünk véget minden további szóváltásnak.

P h i l. Azt csak még sem tagadhatod, hogy a' rablás, gyilkolás olly cselekedetek, mellyek becsületes emberhez nem illenek.

H a r. Én egy' útonálló zsivánnak mesterségét ūzöm, nem becsületes emberét.

P h i l. De ez nem fér öszve a' természeti egynes jólelkűséggel.

H a r. Ostoba gomba! Ha a' természetben nem Isten' törvénye uralkodik, úgy nem egyéb az csalódásnál, 's egy olly szemtelen feslett szajhát mu-

tató álomképnél, a' ki az emberek minden kényeinek, ábrándozásinak magát odaadja.

Phil. Annyi még is mindenkor igaz marad, hogy te igen alacson, és czudár mesterségre szántad magad'.

Har. Rátermett eiméhez akármellyik jóláll. Te abban találod kedvedet, hogy káromold az Ištent; én abban, hogy ráblást úzzék, Te borzasztó, háborító gonosz tanításaiddal sok ezreket ölsz meg; én, a' mint szüsegeim hozzák, egykettőt gyilkolok le néha imittamott; e' részben tehát legalább hasonlók vagyunk egymáshoz, és te nem panaszkodhatol, hogy a' szabadságnak nincs helye, 's kelete a' földön.

Phil. Végre, te a' sajátjogot is sérted ráblásoddal.

Har. Be esztelenül! Hol létezhetnék ott jogok, a' hol nincs isteni törvény? Ki mondotta azt néked, hogy annak az aranynak, melly iszákodban rejtekdedik, mindenkor a' tiédnek kell maradnia, és ne legyen szabad nekem arra sovárognom, hogy téged' valamidől megfoszszalak, — nekem, a' ki jobban rá vagyok szorúlva, mint te? Ki szabott törvényt arról, ki határozta el, hogy én, a' ki náladnál sokkal merészebb, 's erősebb is vagyok, mindegyre csak zsugorogjak, 's koldús' módjára tengessem életemet, szárazan, és üresen, mint a' lerugott, 's félrevetett bocskor, mikor te, a' ki most előtttem merő félelemből gyáván, és csigaként özszevonúlva remegsz, bővelkedésben, 's a' világ minden gyönyörűségeiben úszva, turkálva kí-

vánnád leélni napjaidat? — Felelje te bakposa: halljam alapidat.

Phil. A' te elveid szerint, édes atyámfia, nem sokára egészen felkellene bomlani a' társas rendnek; öszszeviszsa forogna minden; 's vadonná válna az egész világ.

Har. Még valamit; halljad. — Ha van Isten, van isteni törvény, úgy fejet kell ennek hajtanunk, 's akkor az áphilosophia, valannint a' féktelen szabadság is nem egyéb, hanem csak egypár holtan született yak purdé. De ha nincs Isten, vagy nincs ennek gondja az emberekre, akkor a' természeti egyenes jólelkúség, a' sajátjog, az erény, és a' gnoszság, a' becsület-, és szégyenérzés mind meg annyi hiú, üres képzeti, 's csalóka álmai az ember nemnek. A' lelkek, és testek, az emberek, és barnok, mí mindnyájan csak egy vakon összeállott tömege vagyunk akkor valamelly esmeretlen zagyvalénynek; egyedül az erőhatalom az, melly legfőbb alapja akkor a' társaságnak, és parancsoló zsarnokura a' világnak. — No most, te philosopháló pöfeteg, mit mondasz te ehez a' zsiván philosophiához.

Phil. Ah! jól látom, hogy el vagy te szánva meggyilkolásomra.

Har. minden bizonnal ki akarlak döfni a' világóból, csak hogy örömet rendesen, szabályosan kívánnám ezt tenni, 's meggyőzni téged a' felöl, hogy mí haramiákúl*) öszszefüggőbbleg, 's jobban tudunk okoskodni, mint tí fényben úszó, szabadon

*) Székely szólásmód.

ugráló philosophusmajmok. Vedd hát jól fontolóra a' dolgot, és végezz. Vagy oda nyilatkozzál, hogy van pokol; vagy arra légy készen, hogy ez a' dákos szívedben förödjön meg.

Portugallica Constitutio 1820.

(Continuatio.)

Constitutio Portugallica Comitiorum 1822. In his rerum adjunctis 1-ma Oct. 1822 Ulissiponensis Carbonariorum Congressus codicem suorum priorum Privilegiorum promulgavit, sub astuto ac fallaci titulo: **P**olitica Constitutio Monarchiae Portugallicae, decreta per extraordinaria et constituentia Comitia universalia, Ulissipone 1821 congregata, publicata et jure jurando firmata 1-ma Oct. 1822. Singulari sane ratione orditur a Sanctissima Trinitate, cum tamen quaevis ejusdem statuta adversus Sanctissimam Trinitatem directa dici possent; adversus naturae Creatorem, contra cuius decreta et inalterabiles leges tamerarium caput erigit; contra Verbum seu Veritatem aeternam, respondens divinitatis lumen, cui falsis principiis et mendacibus assertis blasphemando contradicit; denique adversus Spiritum Sanctum, qui ab aeterna potentia atque sapientia, non vero e vesania et malefucata imbecillitate procedit, quive certissime, neque spiritus seculi, neque superbiae atque licentiae spiritus haben-

dus est. — Sequitur dein explicatio jurium hominis, quae tamen Comitia in libero motu impeditura non sint, tanto quidem minus, cum ea quodcunque horum jurium per legem suspendendi aut abrogandi sibi reservaverint potestatem. Lex autem — quemadmodum ipsa Constitutio ait — unice duntaxat e voluntate comitiorum profluit, haec proinde super omnia naturalia aut acquisita hominis jura absolutum exercent dominium et imperium. Ita e. g. libertas consistit in facultate quaeque agendi, quae lex i. e. voluntas Comitiorum interdicenda non arbitratur (Art. 2.). Ita etiam de sua quisque proprietate in Portugallia pro lubitu disponere non potest, sed secundum Comitiorum praescripta. Quoad securitatem personalem graves dictiones audiebantur, contra arbitrarias interceptiones vehementissime peroratum, ad eas coercendas formalitates praescriptae, at Comitia formalitates has suspendere, aut ab iis dispensare possunt, quotiescumque iisdem libuerit, praecipue autem in illis casibus, in quibus de sua propria securitate agitur (Art. 4.). — Domicilium cuiusvis Portugalli, pro eodem asylum esto (Art. 6.); et tamen inde duntaxat ab exordio liberalis constitutionis tam frequentes, ipsae adeo nocturnae domorum perscrutationes instituuntur. Confiscationes et publicationes bonorum in gratiam malefactorum abrogatae sunt (Art. 11.); ast eaedem contra Regem, Ecclesiam et quemlibet honestum hominem libere suscipi possunt: seu demum id fiat vi legalis decreti, seu ex politiae aut praetensae securita-

tis placitis, seu denique in genere semper, dummodo provide illa declaratio praemittatur, quod fisco addicendum bonum non ad proprietarium, sed ad nationem pertineat. Poena quoque infamiae sublata, ideo absque dubio, quia e genio ac iudicio moderni aevi scelus deinceps ignominiosum non habet. — Literarum in posta arcanum inviolabile statuitur (Art. 18.); nunquam tamen illud protervius et impudentius violatum, quam hac revolutionarii regiminis epocha. Antea arcani hujus sanctitas suapte intelligebatur, neque lege enunciare opus fuit: literas, pro transpositione duntaxat concreditas, nec reserandas, nec legendas et pacta quaeque in genere omni fide et religione servanda esse. — Praeter hanc instar exordii praemissam iurium hominis explicacionem portugallica Constitutio est fidelis copia matris i. e. Hispanicae, nisi, quod accuratius adornata, et impulsu systematis progressivi rigidiori adhuc et consequentiori Jacobinismi spiritu compilata sit. — Nova, summae potestatis, natio pariter ex associatione politica consurgit, i. e. ex facta civili communitate omnium Portugallorum „utriusque hemisphaerae“ (Art. 20.). Territorium ejus, quod magna jactantia recensetur, quod tamen secessione Brasiliae plurimum constrictum est, „scopo magis convenientem partitionem“ adipiscatur, est necesse: ut, scilicet, sublato omni priori sociali nexu, segregatis et a se invicem divulsis hominibus, nullum contra regimen modernorum placitorum resistendi suppetat medium. Portugallici cives declarantur aut esse de-

cernuntur omnes etiam spurii fetus portugallicarum mulierum aut puellarum, non secus expositi, ubiubi locorum in unitis ambobus regnis inventi fuerint. Contra praeter mancipia nondum manumissa jure civium excluduntur omnes illi, qui crimine adversus genium seculi suspecti sunt, qui a quopiam extero *) regimine pro praestitis servitiis quodpiam munus, aliquam pensionem, aut ordinem quemdam equestrem adepti sunt. Itaque honor, conspicua fama, et virtutum insignia cum jure civili portugallico incompatibilia sunt. Ne tamen nimius erga democratiam amor Comitiis portugallicis objici queat, praeterea activis juribus civilibus destruunt et sic jure suffragiorum et electionis (electivitatis) excludunt — parte ab una cunctos legendi ac scribendi ignaros **), parte vero ab altera omnes, qui optime legere noverunt: scilicet Episcopos in suis dioecesibus, Parochos in suis parochiis, Praefectos domus regiae, Secretarios aulicos et Status-Consiliarios, ipsosque Judices in jurisdictionis suae ambitu, ac proinde ibi prorsus, ubi merita eorum optime nota sunt, et ubi certo cer-

*) Quid sub „extero“ intelligendum sit, per reservationem mentalem in petto reticetur. Vox haec verisimiliter non ad Regnum sed ad Principia refertur; ut adeo quodvis liberalismo haud obnoxium regimen ita compellandum sit.

**) Scopus articuli hujus ille est, ut rustici seu agricultorae omnes, qui in Portugallia peraeque ac ubique Iucorum constantissimi revolutionum et ecclesiasticarum persecutionum inimici sunt, arceantur.

tias eligendi forent. Sollicite igitur cautum, ne quis profanus et praesumtus revolutionis adversarius corpus legislativum subire possit. Hac ratione circumscripta ac intra certos cancellos coarctata Nationis Majestas *) post haec ex uno duntaxat patriciatu ex una murariorum seu genii temporis Aristocratia, consequenter ex una nova, unice privilegiali, vel potius per se ipsam privilegiata classe consurget. Memorata haec nova natio constitutionem suam, seu leges fundamentales ipsa et sola conficit per comitia independenter a Regis sanctione, quae post qualuor duntaxat annos et tunc etiam per Conventionem - Nationalem mutari possit (Art. 27.). Omnes Portugalli sunt mancipia, servi ac tributarii Comitiorum; Constitutio enim cuique eorum injungit obligationem armata manu Comitia defendendi — quam primum „lex“ imperaverit — et ad expensas Status, i. e. Comitiorum, pro ratione fortunarum contribuendi. Domini hi perbene norunt supremam protestatem non Constitutioni, neque voluntati populi inniti, sed exercitui atque tributo, ideo utrumque infinitum multiplicandi facultatem sibi reservant. Pro excusatione tamen horum hic loci notari meretur, quod ambo illi articuli — de indefinita universalis militandi et de irrestricta illimitata tributum pendendi obligatione — cunctarum modernarum constitutionum

*) E „Sommités libérales“ (e liberalibus culminibus, apicibus, principibus) quemadmodum asseclae revolutionis jam in compluribus scriptis ingenue semet explicuerunt.

et ita dictarum liberatum praecipuum caput constituant: et revera pro dominatu factionum, spiritu seculi nostri vigentium, iidem essentialiter necessarii sunt. Ast quamprimum potestas suprema aliis manibus concredita habetur, sufficientes phrases inveniendo non sunt, quibus adversus quodvis vel minimum tributum, imo contra quamlibet pactatam licet praestationem personalem, aut obligationem realem debachari valeant, quasi iisdem populos opprimi et quosvis redditus Principum, proprias etiam fortunas possidentium, e sudore subditorum exprimi contingeret. Comitia providentissime sane per cives Portugallos — absque latis idcirco suffragiis, verbali solum electionum processu — illimitatam in personas ac proprietates potestatem in se transferri curarunt, scilicet absolutam et irrestrictam facultatem quaeque agendi, quae pro publico i. e. suo commodo conveniens esse arbitrati fuerint, ipsi autem jussores seu committentes cives semet obligare debent “cuncta ea in effectum deducere, et quaeque rata habere, quae Comitia decreverint” (*), quin imo Ablegatis interdictum: contra majora suffragia, quomodo cunque ea conformata fuerint, protestari. Declamat quispiam deinceps contra praetensam Regum absolutam potestatem, quae tamen ad minus lege naturali, pactis conventis ac sponsionibus circumscripta est, cum interim comitia nihil supra se agnoscant! — Caeterum Ablegati Comi-

*) Sunt verba Constitutionis.

tiorum inviolabiles sunt adversum depraedatae adeo coram legibus aequalitati; et salario sua ipsi sibi decernunt.

(Continuabitur.)

Caussae Polygamiarum in Russia.

Caussae Polygamiarum, et ferendae secundum canones ecclesiae de infligenda poena sententiae vi novissimi decreti Imperatoris post haec etiam ut antea ad jurisdictionem fori ecclesiast. pertinebunt; ast terminato de scelere talis rei judicio, Synodus absque mora et secundum constitutum idcirca ordinem latam sententiam in paribus Senatui dirigenti submittere debet, ut reus propter fraudes, initis pluribus eodem tempore matrimonii forte patratas, competenti tribunali secundum criminales leges seculares judicandus tradi possit. Poena ecclesiastica in Polygamiam dictata, in illo loco, quo reus talis post criminalem sententiam relegatus fuerit, eidem infligenda veniet. Sors liberorum, e similibus illegitimis matrimonii progenitorum, pro rerum adjunctis clementiae caesareae relinquenda erit.

v. * e B.

Matrimonia Judaeorum Londini.

Inde ab aliquo tempore inter pauperiorem Judaeorum classem Londini matrimonia multiplicantur, et quidem patrocinio societatis, in qua vidua defuncti divitis capitalistae Rothschild primas te-

net, et quae nuptialium solennitatum expensas administrare, sponsam et sponsum decente vestitu donare, et epulas pro consangvineis et amicis convivio excipiendis procurare solet. — Institutum hoc, quod non pridem coaluit, inter locupletes ex illa observatione enatum est, quod magna judaeorum copia libere absque conjugio convivebat solum ideo, quia expensas nuptialium caerimoniarum ferendo non erant, quae minimum 5 et quandoque etiam 10 lib. st. (100 fl. c. m.) efficiunt. Beneficium tamen hujus Instituti ad 2 duntaxat adhuc menses extenditur, per quos quivis judaeorum Londini legitime, et absque sumtibus matrimonium ineundi habet facultatem.

v. * e D. W.

Oblata pro domo laboratoria Nitriae.

Nitria, Inter caeteros, qui pro erigenda Nitriae domo laboratoria in Gen. Congregatione die 15. Dec. a. e. decreta, tardius oblata fecerant, notari praeципue merentur Princeps Aug. Odeschalchi, qui 1000 fl. c. m. obtulit; — Ill. Baro Aloys. Mednyánszky, I. Cottus Trenchin Officii Sup. Comitis Administrator etc. 150 fl. c. m. — Ven. Capit. Nitriense 500 fl. c. m. eo addito, quod hoc facto liberalitatem suam pro futuro adhuc restringere nolit. — L. Baro Lud. Horeczky 150 fl. — Lieszkovszky 100 fl. etc. Haec omnia tantum primitiae sunt muniscentiae futurae potentioris, cum summus adsit ardor communis scopo tam salutari quantotius poliundi. ex. *

P o s o n i o. Institutū tutandarū prōlium Posoniensis redditus anno elapso 5382 fl. 48 xr. et erogationes 5245 fl. 2 xr. effecerunt.

D e n o m i n a t i o .

Majestas Rex Borussiae Professorem Theologiae et Seniorem Facultatis Theologicae Catholicae Bonnae, Dr. Scholz, Capitularem Canonicum ad Metropolitanam Ecclesiam Coloniensem denominare dignata est.

v. * e B.

A n a g r a m m a.

1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11. Mille vias habui, monstrumque bifome reclusi.

7.6.1.10.11. Sum pater Aegypti undosus, pater et Crocodili.

6.10.11. Ut quisque cupit me, quamvis saepe dolose.

1.6.11. Me bonus evitat, quia semina sparago malorum.

5.6.8.10.11. Est Sacra norma, Deo per quam servire solemus.

1.4.5.2. Sunt soliti pulsare meis ad carmina nervis.

6.5.2. Produco rixas, et mortem saepe cruentam.

2.5.11. Invenies per me variaz res, perficiesque.

2.5.8.10.11. Corporis humani partes, (nos junge) notabis.

8.9.10.11. Infanti Divo, ut Mystae, pius obtulit Ortus.

Gos. Boltizárv, Semin. S. Emerici Alumnus.

Portugallica Constitutio 1820.

(Continuatio.)

Tres, per Montesquieu discretae, et multum celebratae potestates, separantur quidem a se invicem etiam per portugallicam Comitiorum Constitutionem, et a se mutuo independentes declarantur ita, ut nulla in alterius jura involare possit, et sic omnes simul monstrum triceps constituant, quarum una voluntate absque viribus et judicandi facultate, altera viribus absque judicio ac voluntate, tertia facultate judicandi absque voluntate ac viribus ad exequendum praedita sit. Non obstante hac separatione, quod caeteroquin facilis est chartae concredere, quam re ipsa observare, Comitia tamen legislativa sine omni regia sanctione haec notatu digna jura sibi arrogarunt: 1) Jus a Rege, coronae Principe et in emergente casu a Gubernatore Regni jusjurandum et fidem exigendi; 2) Coronae Principem ut throni haeredem agnoscendi; 3) Regi minorenni Tutorem nominandi; 4) Controversias quasvis de successione in solio decidendi; 5) Pacta et foedera, cum exteris potentiss inita, rata habendi aut abolendi; 6) Externarum copiarum in regnum receptionem admittendi vel denegandi; 7) Ad contrahendum aes alienum facultatem et auctoritatem tribuendi; 8) Divenditionem ita dictorum bonorum nationalium, i. e. Regis, Ecclesiae, Civitatum atque Corporationum, decernendi; 9) Onus responsionis Ministrorum et aliorum magistratuum effectui mancipandi etc. — Jusjurandum excipere, facta cognoscere, munera

publica distribuere, caussas decernere, aes alienum contrahere, imo alienam proprietatem venundare, lite capitali alios convenire, delinquentes vel etiam quandoque innocentes magistratus punire, vel saltim tribunalibus tradere, haec itaque omnia non sunt facta, non judicia, sed leges, quae universos cives concernunt, et quibus mutua trium potestatum independentia non labefactatur? Interim haec etiam contradictio, quamcunque evidens et absurda explicari potest: postquam nempe virtute constitutionis „Lex“ in sola voluntate comitiorum, majori suffragiorum numero enunciata, consistat (Art. 10.), ideo quaevis etiam voluntas, quodvis decretum, aut imperium Comitiorum necessario legem revera constituit; praeterea quodvis factum, quodvis judicium e voluntate procedere debet, qui itaque legislativa potestate gaudet, is manifeste in omnia reliqua dominium et imperium exercet! et hac ratione potentissimi reges, concessa potestate legislativa, solio semet exuerunt, omnisque voluntatis experies sectae sophistarum servos se effecerunt! —

Per intervalla, per quae comitia congregata non fuerint, Deputatio permanens curam constitutionis, seu supremae Comitiorum potestatis ac privilegiorum geret, eorumque manutentioni invigilabit. Titulo demum IV-to articulo 30. Don Juan VI., Rex declaratur, quo facto fors innuitur, quod dignitatem hanc sola vi constitutionis adeptus sit, solique Comitiorum benevolentiae — cuidam quasi electionum generi — in acceptis referendam ha-

beat. Memoratus attamen Rex nihil est aliud, quam cancellariae officialis, cuius pro tempore adhuc usus capi possit, quive insuper glebae adstrictus sit. Rex iste Comitia nec convocare, nec prorogare, nec dimittere potest; concessa tamen est, „si ita ei visum fuerit“ primae Comitiorum sessioni, pari cum aliis spectatoribus ratione, interesse; sed tum sine corporis custodibus compare re debebit, et comitantibus duntaxat duobus, per statuta comitiorum designatis individuis ingredi. Exceptis his omnibus, superius recensitis, casibus, omnibus item horum extraordinariorum, constituentium Comitiorum, ipsiusque Constitutionis legibus ac decretis, omnibus item additionalibus articulis, qui post haec adjiciendi forent, in futurum Regi facultas datur quasdam adhuc leges sanctione firmandi, vel (hac denegata) eas differendi; si tamen Comitia decreverint, ut lex talis, non obstante recusatione regia, publicetur, et in effectum deducatur, id omnino fieri debet, Regique tum significandum, ut eam exemplo sanciat, oportet. Caeterum sanctionem in omni casu uno tantum mense differre potest; post quod temporis spatium assensus ejusdem praesumitur, et decretum effectui mancipatur. „Præsumtio“ haec expeditissima profecto assensus obtinendi ratio est, sic enim homines in omnia consentiunt, quin idcirco interrogandi veniant. Quod si comitiis — vel accuratius loquendo murariorum sodalitiis Oportensibus et Ulissiponensibus — proprio arbitrio voluntatem totius nationis in sui favorem praesumere

licuit, cur non etiam Regis, qui in omnibus annutum praebet, et hac ex causa pro iis revera Regum omnium optimus fuit. —

Vi quidem Constitutionalism Rex Ministros, Justitiae item, aliosque Magistratus, copiarum Duces et ad exteris aulas Legatos denominat, sed semper tantum in sensu legum, i. e. e voluntate Comitiorum. Et si constitutionale systema periclitari contingere, ipsa Comitia duces tam exercitus quam classis nominabunt. — Coronam abdicare Regi prohibitum, abdicatione tamen praesumitur, si Rex praeter voluntatem comitiorum extra Regnum proficiscitur. Insimus quoque Magistratus munus abdicare potest, at Rex constitutionalis jure hoc communi omnium hominum nequaquam gaudet. Verum neque haec apparet contradicatio mira videri debet; si enim stricte et adcurate loqui velimus, Rex coronae renunciare potest, secus enim acceptare constitutionem haud potuisset (quae vera abdicatione fuit); ast novo ita dicto throno, i.e. constitutionali servituti semet subducere ei neutiquam licet, nisi fuga, ubi tum demum abdicatione naturali ratione praesumi debet. Ut ut caeterum Constitutio Regem independentia, legali et justa libertate, praediis et cunctis aliis proprietatibus spoliaverit, quamquam glebae eum alligaverit, et in servum priorum subditorum degradaverit; persona tamen ejusdem sancta et inviolabilis adseritur (Art. 104.). Sub persona quippe Regis, non intelliguntur jura ejus, sed ad summum corpus solum, et istud etiam eosque tantum, dum Comitiis libuerit, et quousque per additionalem aut exce-

ptionalem articulum aliter decernere visum non fu-
erit. — Principes regii (Don Pedro, qui jam tum
deseceras, et Don Miguel, magis adhuc metuen-
dus) ex activis civium juribus excluduntur, nulla
servitia patriae praestare eis conceditur, neque co-
piis imperare, neque munus, per electionem acce-
ptum, gerere eis licet. — Comitia Regi d o t e m
assignabunt, et p r o r e r u m a d j u n c t i s etiam
Principibus Domus regiae utriusque sexus a l i-
m e n t a t i o n u m p e n s i o n e s resolvent (Art. 128).
Itaque post haec potentis ac divitis domus Bragan-
zae caput, immensarum terrarum et praediorum
proprietate antea gaudens, totiusque Brasiliae ada-
mantum olim dominus, deinceps pecuniam propriam
pro se et liberis e manibus Comitorum habebit. Ne-
que ei, stipulante id licet peculiari et formali in de-
claratione jurium hominis articulo — licebit ibi,
ubi libuerit, habitare, nec quidem in propriis su-
is domibus; Comitia enim sibi aequa jus reservant
aedificia et fundos determinandi, quae pro domi-
cilio Regis et familiae regiae convenientissima ju-
dicaverint (Art. 130.); contra tamen licitum ei est,
conjugem, quae placuerit, ducere, et in hoc solo
puncto Comitia portugallica a sodalibus hispanicis
remanserunt. — Corona vel potius servitus regis
constitutionalis, in familia ejus jure primogeniturae
haereditaria declaratur; si tamen in filiam devoluta
fuerit, ei absque praevio comitorum consensu nu-
bere non licebit, et semper tantum Portugallo. Si
vero omnes Braganzae Domus surculi deficerent,
Comitia sibi reservant jus ad solium constitutionale

illum vocandi, quem aptissimum censuerint. — Ministri, Status - Consiliarii, omnes Judices, omnesque a Rege nominati Magistratus responsionis onere Comitiis subjecti sunt, et quidem Judices non solum propter peaevaricationes, derogatam aut protractam justitiam etc., sed etiam — quod in toto orbe terraquo alias inauditum est — propter ipsos errores, in quos incidere eosdem fors contingeret. Universale ejusmodi onus responsionis — excepto solo errore intellectuali — in correlatione dependentiae ab unico et vero Monarcha aliquomodo saltim concipi posset; ast in constitutionali systemate, cum reciproca trium protestatum a se invicem independentia, quo modo illud componi possit, explicit ipsi liberalium idealium heroes! — quisunque enim de factis suis alteri respondere et ab altero praemium aut poenam exspectare cogitur, independens dici nequit. — Comitia sola sunt infallibilia, nec ulli responsionis oneri subjecta, nequidem Deo, cui alias Reges fuere, quemve pro aedili ad summum non vero Domino et Legislatore mundi habent, nec secus ulla ~~o~~jus in constitutione fit mentio. Ita etiam Comitia Regi fidem non jurant, dum contra Rex comitiis jurejurando semet obstringere obligatur. Ut vero omnia quaeque absurditatibus et contradictionibus scateant, in opprobrium universalis responsionis oneris, dantur etiam ignari Jurati *) (feliores peritis Judicibus) qui scilicet pari cum ipsis Comitiis.

*) Vide in sequentibus Paginis de nuperno Juratorum Argentorati Judicio.

tiis independentia gaudent; sub praetextu enim potestatis absolute de factis tantummodo judicandi pro lubitu verum pro falso, falsum pro vero declarare, innocentes condemnare, aut reos absolvere eis licet, quin vel minimum onus responsionis incurant. *)

(Continuabitur.)

Phases Revolutionis.

Plurimos adhuc tenet opinio: Quamlibet revolutionem publicis platearum tumultibus, et violentis subversionibus semet praevie manifestare debe-re. Hoc tamen nequaquam est necessarium, imo eventus tales unam tantem speciem et formam revolutionis, nec illam quidem periculosissimam constituunt. — Revolutio ubique orditur a Principi-bus et consiliorum ministris: factiosi hos ante o-

- *) Quivis, qui cum civilibus aut criminalibus processibus quidquam ad agendum habuit, fateatur est ne-cessere, accuratam facti, et auctoris delicti cognitio-nem partem esse difficiliorem; ipsam vero legum seu naturalium, seu positivarum adapplicationem expedi-tiorem justitiae admiistrationis partem constituere. Genio interim seculi nostri leges illam, magis ardu-am, imperitis, faciliorem autem partem peritis Ju-dicibus tribuunt. — Quod in casibus, ubi natura rei Judici minus nota est, rerum periti consulendi sint, et ab iis status rei adcurate exquirendus, id prorsus naturale est, et omni tempore fieri consvevit; ideo tamen Juratis (Jurés) sensu moderno opus haud est tanto minus in omnibus casibns sine exceptione.

mnia doctrina sua et postulatis imbuere et per eosdem opus eversionum perficere satagunt. Ubi haec non successerint, aut non suffecerint, comitia aut conventus tentantur; tandem ad civium classem medium confugitur, et per hos legalis antiqui Status eversio suscipitur. Si tandem nec hac via ullus profectus sperari possit, tum demum ad turbam multitudinis fit appellatio, et proprie dictam seditiōnem cruentam excitare opus est.

v. * e. B. W. B.

Liberalismus ut Fides.

Perversus animus politicus apud rarissimos pro errore iudicij habendus, apud plerosque voluntatis vitium est. Memoratu sane dignissimum est isthac phaenomenon, quod nempe alias nihil nisi stultitia vulgaris audiret, hoc obtutu multo gravioris indaginis evadit. Ut hujus rei veritas tanto luculentius pateat, sistatur quidam liberalis — sensu ac significatione vocis communi talis — ponaturque ei ob oculos opinionis, quam sovet, falsitas irrefutabili ratione ac evidentissime, quod factu nequaquam difficile est. Demonstretur ei absurditas doctrinae, quae nunquam effectum sortiri potest; ostendatur emergens e quovis ejusmodi molimine in totam patriam inque ipsum eundem certissima pernicies. Verisimiliter e cunctis fulminatoriis suis argumentis locorum communium excutietur, et in campo solidarum cognitionum ad nihilum redigetur. Nihilo minus tamen e disputatio-

ne hac inconcussa illa discedet persvassione, quod principia et scopus, quibus addictus est, sola vera sint et adaequata. — Analogia in hoc cum eventibus in sphaera religionis cuique semet oggerit. Sic e. g. etiamsi omnes rationalistae Theologi nostrorum temporum fideliter cuidam Christiano maximo historicae et philologicae eruditionis flumine, sua opinione evidentissime demonstraverint: libros Mosis serius et quidem a diversis auctoribus fuisse compilatos: Christianus tamen, qui revelationem fallere haud posse propria experientia tenet, omnibus illis argumentis in sua fide perturbari se haud sinet; sed deinceps quoque, uti antea, sacros illos libros pro genuinis, ac divinis habebit. Hoc, quod liberalem irretitum tenet, ac regit, non est theoria erronea, neque imperfecta materialis rerum status cognitio, sed fides, licet erronea; interna persvasio, quamvis falsa. Inde est, quod animus revolutionalis seu seditiosus omnem elucubrationem et ad saniora informationem respuat, nullisque doctrinae suae consecatriis deterrei se patiatur.

Et ideo Coryphaeus quidam hujusmodi sensorum ingenue nec male asseverat: **Liberatem** — i.e. suo loquendi modo **Revolutionem** — novam esse Religionem, eandemque pari ratione aevi nostro caput extollere, quemadmodum olim diversarum religionum Confessiones.

v. * e. W. B.

Dignitatum diversitates.

Quamquam multis singulare prorsus videatur, verum nihilo minus est: dignitatum conceptum, et huic superstructas praerogativas christianaes esse originis. Sensu certe illo, quo nos sumimus, orbi antiquo ignotae erant. Religio christiana, quae relate ad Deum absolutam omnium mortalium aequalitatem docet, externas hominum inter se relationes progressivae jurium ac morum evolutioni plene relinquendam statuit. Praecepit, ut quaevis juste acquisita proprietas sancta habeatur, imo vel concupiscere ea, quae aliena sunt, prohibet; igitur jura quoque honoris ac dignitatis, recte parta, in suam sumit protectionem. Contra jubet, ut quis in servo fratrem suum, partae per Christum salutis aequo secum jure participem agnoscat ac diligat, et hoc ipso coram altiori foro omnem rursum dignitatum et divitiarum discriminem, omnemque terrestrem praecellentiam suffert: dum una coram inferiori tribunali ea expresse agnoscit,

v. * e B. P. W. B.

N. Mélt. B. Szepesy Ignácz Pécsi Püspök nagylelkű intézetei.

Nagym. báró Szepessy Ignácz püspök úr ö Excia tudományok iránti szeretetéből nem eléglé Pécsét azon percztül fogva, mellyben ezt, püspöki székét elfoglalitta után főpásztori kormányával szerencsésíté, bölcselkedési oskolákkal diszesíteni,

utóbb ennek körét, melly a' növendék - papházban csak csekély lehete, egy negyvenezer pengő for. alapbul épült házzal bővíteni, végre e' roppant épületet nyilványos könyvtárnak szánván, az iskolai célra legalkalmasb paulinusi kolostort 12 ezer pengő fton a' ns vmegyétül megvenni, azt a' hozzá csatolt szentegyházzal együtt 30 ezer pengő ftal végromlástul megmentvén, ékes palotává, a' templomot új Sionná alkotni, abba törvényi 's bőlcselkedési kár minden szükséges finom készülettel, a' falusi mesterek mívelődésökre's elkészítésökre szinte általa alapított négy tanítóbul álló iskolát helyezni, 100 ezer pengő for. alapítványtőkét letenni, mellynek kamatjából a' tanítók illendően fizettesse nek: hanem most újlag e' tudományi új lakot díszes könyvnyomtató intézettel is megajándékozá, mellybe meghozatván 10 ezer p. ftért külföldrül minden szükséges eszközt 's igen finom betüket: egy az iskolák' körében álló házat, a' kolostor volt majorjában, 2400 p. for. e' célra alkalmazott, hol több tágos szoba könyvnyomtató intézetül 's az ezt intéző művész igen csinos lakjául, az intézet oklevelei, papirosa 's egyebei bátorságos fentartási örhelyéül szolgál.

S z ó n y i I s k o l a.

Vázsonykői Zichy Domokos gróf, Sz. Móricz bóthi apát, az olmützi érseki káptalan kanonokja, alesperes, és ó szőnyi lelkész, a' lefolyt 1836 évben a' R. Komárom ellenében fekvő új szőnyi pusztán iskolát alapított, még pedig úgy, hogy tu-

lajdon költségin alkalmas épületet vett, bele tanítót rendelt 's annak mindenkorú fizetésére bizonyos tőkepént tett-le. Az iskolát minden valláskülönbség nélkül használhatják a' szegény lakosok gyermekei.

H. T.

VERSUM

*in Illustrissimum D. Joannem Scitovszky,
Episcopum Rosnaviensem, dum Româ do-
no missa S. Neiti M. lipsana, in Suam
Cathdralem Ecclesiam Dominica 3. post
Pentecostes 1836 solenniter inferret.*

Roma Tuam Praesul! cupiens ornare cathedram
Dono dat Neiti lipsana sacra Tibi,
Martyris illius, qui ex primis Christicolarum
Pro fide salvifica fortiter occubuit.

Tu vero hunc sanctum venerandum exponis in ara;
Ejus et ad cultum propria festa sacras.
Exemplo ut Neiti crescat pietasque, fidesque,
Et zelus populi, quem regis eximie.

Quantum Roma Tibi, Tu tantum Rosnavensi
Ecclesiae satagis conciliare jubar.

Josephus Horkovits de Komjáthi.

*Erga commune desiderium, iidem versus in
hungaricum per authorem traducti:*

Róma bęces kincsel diszíteni Széked' akarván,
Szent Nejtnek tetemét engedi Néked oda.

Hit bajnok tetemét, ki korán, mint Krisztus' imádó
 A' szent vallásért adta halálra magát.
 Most oltárra pedig Te magasztalván az Ereklyét
 Ünnepeket szentelsz tiszteletére neki.
 Hogy Nejt példáján buzgóság, 's hit szeretetére
 A' nép gerjedjen gondviselésed alatt.
 Mennyit Róma neked, Te is annyit Rosnyai Székes
 Egyháznak sényes díszire tenni búzogsz! —

*Protestatio Praelatorum Hiberniae adversus
 publica ex aerario Cleri salario.*

Die 13. Jan. Catholici Hiberniae Praelati concilium celebrarunt, in quo haec declaratio adorna ta est: „Fama illa solliciti redditii, quod in proximis Comitiis verisimilius de inducendis salariis, per ipsam civitatem Clero catholico praestandis, tentamen instituendum sit, imperiosam putamus obligationem non antea divelli, quam improbationem hujus consilii manifestissime enunciemus, et inalterabile decretum nostrum declaremus: quod cunctis in potestate nostra positis mediis consilio huic ac molimini obstituri simus, quia illud independen tiā cath. ecclesiae hibernicae ac puritatem s. religio nis nostrarē maximo discriminī objicere minatur.“

Paginae madritenses communicant decretum recens, quod aliud Comitiorum decretum, die 23. Febr. 1823 sancitum, et universalem de matrimonii Concilii Tridentini statutorum (Sess. 24. Cap. 1. et 7.) observantiam adurgens in vigorem restituit.

Ultimum Napoleonis Domicilium.

Peregrinator quidam Americanus, qui insulam S. Helenae inviserat, refert, quod mercatorum societas Indiae orientalis Longwood prorsus desolari patiatur. In cubili, in quo Napoleon extremum spiritum duxit, mola erecta est, nec quidquam in tota domo viri quondam potentis vestigia testatur, nisi duo baculi lusus pyramidum. Quam gravis ex hac exili relatione doctrina moralis posset deduci? Quam clarum terrestris magnitudinis, potentiae, fortunae item secundae et adversae in vita humana exemplum!

v. * e Z.

Plebis turba turbas ciere ubique parata.

In seditioso nuper Argentorati molimine, quem admodum acta docent, 4-ae legionis pyroboliorum milites de grege, qui auctores seditionis sequebantur, proprio motu et arbitrio sclopos glandibus impleverunt. Collonellus Taillander, qui Colonellum Vaudrey interceperat, edixit, dum hunc, ut se dedat, provocaret, plebem magno tumultu partes ejus cepisse, et lapidibus injectis milites, in fide perseverantes, impetiisse.

v. * e B.

Statisticae Notiones.

Classis britannica in mari Mediterraneo 1. Jan. 1836 constabat e 10 navibus longis; 10 graviori-

bus celocibus 50 tormentorum aut infra; 52 levioribus velocibus aut corvettis 30 aut infra torm.; 35 navigiis, Goelette et Brigg dictis 10 et inf. tt. — Die autem 1. Jan. 1837 testibus paginis Naval and Military - G. complectebatur 23. naves longas; 10 graviores celoces; 60 leviores et corvettas; 41 Goelettes et Brigg.

Populi census in Belgio 1. Jan. 1835. exhibuit 4.165.953 animas. Eodem anno 142.927 nati et 101.143 mortui; et sic 41.784 plures nati quam mortui. Nuptiae celebratae 32.680; et 11 matrimonia soluta. Mense Martio frequentissimi erant nativitatis et mortis casus; mense Julio paucissimi.

v. * e B.

P r o m o t i o n e s.

Caeo-Regia Apostolica Majestas altissima reso-
lutio sua, ad Cancellariam R. H. A. data de 7. Jan.
a. I. Praeposituram minorem in Capitulo M. Var-
adinensi l. r. vacuam et cum Parochia L. R. Civ.
Debreczinensis conjunctam, Canonico ibidem, Jo-
sepho Sipos, benignissime conserre, et Canonicum
honor. Franc. Schwarzel, ejatem Canonicum a-
ctualem denominare dignabatur.

Tudós társaságok.

M. tudós társaság. A' m. academia' 5-d.
nagy gyűlése által másod ízben kitett ezen törté-
nettudományi jutalomkérésre: „Millyen befolyá-

sok volt honi városinknak nemzetünk' kifejtődésére és csinosbulására?“ m. évi decemb. utolsójáig mint határnapig négy rendbeli pályairat érkezett, 's a' januárius' 2. tartott kis gyűlésben vizsgálat alá is bocsátatott. Sorsokat a' folyó évben tartandó 8-d. nagy gyűlés fogja eldönteni.

Marczibányi-intézet. — A' Marczibányi familia' intézetére ügyelő küldöttség által 1834. november' 30. hirdetett jutalomkérdesek közül 1836. augustus' 29-ig mint határnapig, tízre összesen 14 pályairat érkezett, hét kérdés pedig seletet nélkül maradt. Mikoráig fog e' dolgozatok' sorsa eldönteni, a' hivatalos jelentés nem érdekli.

Magyar tudós társaság. Emlekezetbe hozatik ujra, hogy az 1837-ki drámai jutalomért (100 aranny) versenyző szomorú játtekók' beküldhetésének határnapja f. évi martius' 24-ke. A' tisztaító írók kéretnek, hogy munkáik idegen kézzel, olvashatólag és csinosan irva, lapozva, kötve és szokás szerint a' szerző' nevét rejtvő jelmondatos levelkével ellátva legyenek. Más-nemű kéziratok, 's mellyek az említett napon tul érkeznek, nem vétetnek számba. Pesten, jan. 26-án 1837.

Dr. Schedel Ferencz, titoknok.

Franczia academia. Guizot, franczia közoktatási minister, ki de-Tracy' helyére választatott el a' franczia academia' tagjává, múlt dec. 22. foglalta el székét egy, a' XVIII^d. századbeli franczia philosophia-történeteit festő értekezés' olvasásával. A' válaszoló beszédet Ségur tartotta.

B e s z é l g e t é s.

Philoxena. Krisztina.

Philoxena. Hozott Isten, kedves Tinkám! No, 's hát mikor fogjuk menyegződön elporczogtatni a' nádmézcsemegéket?

Krisztina. Mit feleljek erre? készen van ugyan minden; de még el nem határozhatom magamat.

Phil. Te nem határozhatod e el magadat a' férjhezmenésre? Valóban egy fiatal leányka' szájában igen különösen hangzik ez.

Kriszt. Igazad van: de még is vajmi nagy, és fontos dolog, örökre lekötni magát valakihez!

Phil. Ki beszél örök lekötésről?

Kriszt. Micsoda? hát nem holtigtartó e a' házaság' kötele?

Phil. Isten őrizz! Ollyan terhes házaságok, mellyek bonthatlanok, már nem kellenek a' mi időnkben. Az új philosophia' tanítása szerint kiki magának szabad ura: házasodhatik, meg' elválhat, mint jobbnak találja, 's kedve tartja.

Kriszt. Hogy volna ez lehetséges, holott az Evangelion nyilván mondja: el ne válaszsza az ember, a' mit Isten egybeszerzeti?

Phil. O édes Tinkám! olly régen volt az, mikor írták az Evangeliomot, hogy az egészen molyette likacsos már. Azért a' philosophusok más Evangeliomot készítettek, 's ebben szó sincs többé az örököslási házaság' kínos bilincséről.

Kriszt. Most hát lehet kinekinek tetszése szerint, 's bűn nélkül házaságra lépni, 's ismét különválni?

Phil. Mit csacsogsz te a' bűnről? Nincs bűn többé, 's ezt is a' philosophia' jótékonyiságának köszönhetjük. Ha állana még a' bűntől óvkodó félelem, még most is csak olly színben, alakban mutatkoznék a' világ, mint kezdetben volt; sem revolúcióink nem volnának, sem szabadságunk, sem Juliusi három dicsnapunk.

Kriszt. Halljad, kedves Philoxénám! Ha nincs mit sélnünk a' bűntől többé, úgy a' philosophusi házaság legtöbb követőkre tarthat számat kétségvilágban: de, magunk között mondva, jobb karban leszsz e akkor az élet boldogsága, a' családok békesége?

Phil. Hogyan kételkedhetel erről? A' házaselek szerentséltensége nagyobb részben onnan ered, hogy egymással nem férnek meg, viszonganak; a' viszongások pedig elkerülhetlenek, ha a' különböző szeszü 's eszű férj, és aszszony kéntelenek állandóul egygyütt élni; pattantsd le a' békót, 's minden rendében leszsz.

Kriszt. Ne vedd rosz' neven, Philoxena, ha ebben nem tarthatok egygyet veled. Én attól félek inkább, hogy e' szerint minden ellenkezőleg ütné ki. A' viszálkodás tulajdonképpen az akaratok különféleségeből származik, 's ha valamennyi úr, és aszszony, férj, és feleség van a' világon, ezek mindegyre váltogatják is egymást, 's cserére cserét űznek, még is mindenkor leszsz a' házaságban va-

Iami surlódás, izgága, ellenkezés, mivel nincs férj és aszszony, a' kik mindenkor, és mindenben egy' akaraton lehetnének. Már, ha tudják a' házasok, hogy nincs menekhetés, hogy holtig egygyütt kell élniek, erényt csinálnak a' szükségből, 's megsok-ják békével tűrni egymást. Legyen ellenben a' házaság' kötele olly vékony czérnaszál csak, mellyet mindenik akármikor kedvére elszakíthat, 's enyészszék el ezen túl még minden félelem is a' büntől, akkor leszsz igazán örök czívódás a' há-zas élet.

Phil. Hiszen mondottam már, hogy a' férj, és feleség, ha meg nem férhetnek egymással, fel-bonthatják a' házaságot.

Kriszt. Én pedig bizonyos vagyok benne, hogy sokan megteszik ezt mindenjárt az első est' múltával, és minél gyakrabban történik a' csere, annál roszszabb leszsz mindnyájokra nézve. — Fontol-juk azonban a' dolgot még más oldalról is. Kiki esmeri hatalmas erejét a' szerelemnek, és féltékeny indulatnak; kiki tudja, mire nem vetemítheti ez az embert még a' feloldhatlan házaságban is, még olly esetben is, mikor csak némi félresiklott mű-lékony indulatkáról, 's apró hivatelenségről vagyon a' szó. Ha már némelly igen féltékeny férj észre-veszi, hogy heven szeretett párját ki akarják keb-léből szakasztani, 's elválasztani tőle, ugyan mit nem fog tenni? mire nem fog rohanva rohanni bőszüzében? — Hogy' állhatna így meg a' csend rend, béke, biztoslét a' világon?

Phil. minden férjnek tekéntetben kell tartani nője szabadságát, és nem akadályozni elválását, ha reáunt már a' velemaradásra.

Kriszt. Én ellenben azt hiszem, hogy a' férjsiak, legyen ez osztán szerelemből, önzésből, vagy csupa szeszélykényből, mindenkor készen fogják kezeiknél tartani a' kardot, vagy tört, 's leszsz divatja a' csatáriak, sebnek, vérnek. — De vegyünk itt még valami másat is fontolóra. Az állandó házaságban tudja mind a' férj, mind az aszszony, hogy az ő sorsok egybe van fűzve egész életek' folytáig; azért közönségesen egy a' cél, egy' a' törekvés, egy' az érdek nálok; megosztják egymás közt a' ház' gondjait; összszefogva iparkodnak annak jólétét megszerezni, gyarapítani, állandóvá tenni. Ha ellenben a' férj, és nő csak egy' óráig sem lehetnek egymás közt bizonyosok házaságok' állandóságáról, akkor mindegygyik fél csak a' maga érdekét tartja szemén, csak magáról gondoskodik, és egygyiknek haszna ellenkezésben van a' másikéval. Innen ered az egymást csalni, róni, kisajátolni törekvő roszzak ararat, vagy erről a' mindenfalan zaklató, nyugtalanító gyanakodás, és mivel semmiben összszefolyó közös érdeket nem érezhetnek, elkerülhetlen köztök minden békességnak, és boldogságnak számkiszakadása, 's eltünése.

Phil. Úgy de, ha el nem mulatják világosan, 's pontosan feltenni írásban a' kötés', és szerződés' czikkelyeit; ha kölcsönös számadásaiat rendben tartják, — —

Kriszt. Minden világos alkukötések, 's jóI elrendezett számaZások mellett is tele a' világ mindenütt pörlő törvénykezésekkel, még ollyanok között is, kiknél csak egy tárgy van kérdésben. Gondold el, mint kell lenni a' férj és feleség köztt, a' kiknek csak egy nap' folytában is száz meg száz eligazítanivaló bajok vagyon. Mind ezek után adj, kérlek, selvilágosítást nekem még ebben is: ha a' házas feleknek egygyike elnyavalysodik, ha nyomorékká leszsz, ha megsántúlbénül, hiszed e', hogy a' másik kész leszsz akkor, mint most, hitestársát tellyes életében még így is ápolni, tartani, gyámolgálni? vagy nem keres e' inkább magának más életpárt nyavalyság, mankó, fekely nélkül?

Phil. Illiny esetekben a' keresztényi szeretet erénye — —

Kriszt. De édes Philoxenám, ha egyszer a' philosophia számkiveti a' bún' félelinét, bizony minden jóra hajlékonyító vonzalmat is kiolt akkor, és a' keresztényi szeretet a' legelső leszsz, melly eltünik a' föld' színéről. — Még valamit: mikor két házas sél válni akar, mi történik akkor a' magzatokkal?

Phil. Ezek közül némellyek atyoknál maradnak, mások anyjokkal mennek, a' közöttök megállított szerződéshez, 's egyéb körülményekhez képest.

Kriszt. A' házaság' kötelének felbomlásával tehát bomlani kell a' szülőket magzatjaikkal összesszűkötő legszentebb leggyengédebb kapcsolatnak is a' természetben. Ha e' szerint az atyák anyák gyer-

mekeiktől örökre megválnak, ha a' gyermekek az atyai 's anyai karok közül kiszakadva oda kétele-nítetnek, hogy mindegyre más más idegen atyát anyát cseréljenek, vélede, hogy mind ezek sokat köszönhetessenek a' fattyú philosophia' új szabályinak.

Phil. Hogy minden rózsa tövissel jár, azt régen tudjuk. Azonban, akármit beszélj te, elég az hozzá, hogy a' mi korunk szabadság' kora, és az örökös házaság ellenkezik az embernek termé-szeti szabadságával.

Kriszt. A' mostani annyira magasztaltt, 's minden felé dúlva, pusztítva dagadó korszellemet elveteműlt feslettségnek, részeg korlátlan-ságnak nevezd inkább, nem természettel járó józan szabadságnak. — Hanem ismét jut itt eszembe valami. Mond meg nekem: ezek a' házaságok, mellyek az Anyaszentegyház' törvényei ellen csak időre órára állnak összsze, vallyon szentségek e?

Phil. Semmi kár, ha nem szentségek is. Igen kevés fekszik abban, hogy több szentségeink legye-nek e, vagy kevesebbek, és, négy szem között le-gyen mondva, a' philosophusok' nézete szerint jobb volna, ha egy sem volna.

Kriszt. De ha nem szentség a' házaság, hát mitcsoda?

Phil. Csupa polgári szerződés, és alkukötés.

Kriszt. Tehát körülbelöl csak annyi, mint mikor valamelly házat bérünk ki, vagy az árostól tyúkot veszünk.

Phil. Éppen annyi, sem több, sem kevesebb. Ha lefoly a' kötés' ideje, és meg vannak a' felek egymással elégedve, jó; ha unalmásá vált valamellyiknek az egygyüttlés, felbomlik az alku, 's tellyes szabadság'a jut viszsza mindenike.

Kriszt. Ha így van a' doleg, engedj egy kérdést tennem. Nemde a' polgári szerződésekben egygyátlán megkívántatik az írásba foglalás?

Phil. Mi okból teszed te ezt a' kérdést?

Kriszt. Felelj, kérlek: szükséges e írásba foglalni, vagy nem?

Phil. Írással azért élnek, hogy ez kezességül szolgáljon a' feleknek, és, ha valamelly kérdez támad, elé lehessen azt mutatni a' törvényszéknél. De a'szerződés' mivoltát tulajdonképen a' szerződők kölcsönös megegygyezte teszi, 's ha bíznak egymás' szavaiban, ellehetnek minden írás, minden módalékok nélkül.

Kriszt. Ha tehát a' férjfiú, és aszszony egymáshoz kölcsönös bizodalommal viseltetnek, minden további szertartás nélkül úgy öszszekelhetnek, mint a' mén szamár kanczával, vagy emsével a' kan.

Phil. Lassan, lassan Tinka; te olly heven nyargalsz, mintha nyakadat akarnád törni. A' philosophus házasulásban is meg kell tartani a' kiszabott törvényes rendet, módot.

Kriszt. Csak imént hallám tőled, hogy bizonyos szertartások csupán arravalók, hogy a' feleknek kezességül szolgáljanak. Ha pedig a' nőszők semmit sem gondolnak a' kezességgel, és jó-

hiszemben hamardon akarnak egybekelni, a' te philosophiad csakugyan nem kárhoztathat elvei szerint illyen nyakrasőre költött házaságokat.

Phil. Hát nem tudod e, hogy az álló törvényeknek nem engedelmeskedni, mindég vétek.

Kriszt. Mitrebgeted te a' törvényeket, a' vétket, a' törvényszegést, ha nincs bűn, mint fölebb mondád? Az Isten' törvénye tűnjön el a' földről; már minden emberi törvények merő nevelségrevalók lesznek.

Phil. minden esetre olyan házaság, melly nem annak rendje módja szerint kötetik, a' polgári következményekre nézve erőnélküli, és sikertelen.

Kriszt. Igen, ha a' kötött házaság életfogytig tartó, úgy látszhatik ez a' te ellenvetésed némi akadálynak: de ha csak ideig óráig álló szövetkezés az, akkor annak polgári következménye, az erőnélküliség, olly csekélység, hogy figyelemre sem méltó. — Ennél érdemesb a' következőket venned fontolóra: ha a' házaság nem szentség, hanem csak olly öszszeszövetkezés, melly a' felek' egygyetértésével felbomolhat, úgy mind a' nősek, mind a' nönek tellyes szabadságában áll egygyetér-tőleg ma házaságra lépni, holnap elválni egymástól; másnap ismét öszszekelni valakivel, 's egy nap múlva ettől is elválni, és így egy' esztendő' folyta alatt háromszáz hatvanöt házasági kötésbe eresz-kedni, és ha erre eléglük az emberek a' puszta jó-hiszemet, és egymásiránti bizodalmat, a' polgári következményekkel pedig nem gondolnak, nincs

a' philosophiának semmi joga, az egész ember-nemnek illyen ocsmán keveredése, 's, úgy szól-ván, egy testdarabbáválása ellen legkissem kifogást is tenni.

Phil. Piha! ez már igen sertelmes sertéskedés volna, 's tartoznék ezt, legalább az illendőség tekéntetéből, a' philosophy is kárhozlatni.

Kriszt. Pedig, édes Philoxenám akárhova gondolkodját, akármint nézzed a' dolgot, itt nincs középút. Vagy hinnünk kell, hogy vannak szent-ségek, van bűn, van isteni törvény; vagy kéntelenek vagyunk az ideig óráig tartó házasúlásokat, és az ezekből eredő undok testkeveredéseket helybenhagyni, 's köszönni az új philosophiának, hogy ez minket a' bakok' sorába magasztalt fel.

v. — e L. R.

Portugallica Constitutio 1820.

(Conclusio.)

Militaris potentia, sicut in gallica quondam constitutione, „essentialiter obsequens“ declaratur, notandum tamen, quod hoc abinde duntaxat intelligi debeat, a quo ea Comitiorum imperio subest, secus enim Comitia oblita fuisse vide-rentur, se suam propriam existentiam inobedienti ac rebelli militari potentiae debere. — Populus portugallicus deinceps aequabilium municipali-

tatum beneficiis perfruetur, quarum numerus, territorii item — alias possessione definiti — limites, horumque rectificatio, per Comitia determinanda venient. — Praefecti „Generales Procuratores“ appellabuntur, in signum manifestum, quod iidem omnia quaeque administranda et regenda habituri sint; Praefecturae senatus e totidem membris constabit, quot sunt in Praefectura municipalitates; haec magis extensa repraesentativi regiminis adpli-
catio est, egregie excogitata, ut sub hoc praetextu **Communitates** peraeque ut singuli cives juribus suis exui possint; hi enim vero aequa illae, a quo tempore repraesentantur, nihil amplius in propriis suis negotiis ad interloquendum habent. — Denique Constitutio portugallica 1822-di, sicut omnes antecedentes, seu natu maiores sorores inde ab anno 1791, pro coronide de publica educatione agit. — Hoc alii animadversione haud dignum, alii laudabile, nos vero gravissimum esse putamus, quo malum insanabile redditur. Publica scilicet haec educatio, pari passu cum caeteris cunctis, inde a fundamentis refundenda statuitur, ut sic revolutionariae seu moderni spiritus constitutioni ac legislationi accommodari queat. — Postquam scilicet sodalitates, seu conspirationes revolutionariae, quae se solas exclusive „humanum genus“ appellant, „altiores suos fines“ consecutae fuissent, i. e. summam ecclesiasticam et civilem potestatem expugnassent, doctrinarum opinionumque incurii et indifferentes amplius non sunt, neque firmandae moralis et intellectualis suae auctoritatis — quam po-

entiae basim, matrem et radicem esse haud ignorant, — ulla media negligunt. Principia itaque sua per altiores inferioresque scholas animis cunctorum instillata habere cupiunt, ut illa sola deinceps fidem omnium constituant; quidcunque enim in obversum dicatur, certum tamen manebit, actiones hominum a fide eorundem, ac proinde ab haustis doctrinis, plurimum dependere. *) Itaque nec in moderni genii ecclesia, quam christianae substituere et orbi terraquo obtrudere animus est, docere unice et credere, quod vult, liberum est. Anima et corpus, causa et effectus, regula et praxis, verbo ecclesiastica et secularis potestas per liberales non sunt a se invicem separata, tanto minus a se mutuo independentia declarata, atque inimice sibi invicem ex adverso posita. — Et haec sunt praecipua illius famosae, non quidem in effectum deductae, sed jam nunc altera vice proclamatae Constitutionis portugalicorum comitiorum 1^{mae} Oct. 1822-di. — Liceat adhuc nobis immediata ejus conjectaria recensere, et — velut typum oppositum — alteram revolutionis ejusdem scenam, i. e. Diploma (chartam) Principis Don Pedro illustrare :

Die 1. Octobris 1822. Ablegati brasiliani Ullissipone Falmouthum vela dant, et contra pro-

*) Catechismus quoque vi Constitutionis perficiendus, ei- que, uti Comitia declarant, expositio civilium obligationum i. e. nova principia aequalitatis — Jacobinismus in nuce — addenda statuitur.

mulgatam nunc prorsus Constitutionem protestantur, licet jam praevie fidem ei juraverint, omnisque adversus Comitiorum decreta protestatio vi ejusdem Constitutionis ipsis interdicta fuerit. Rex contra Constitutioni jusjurandum nuncupat, et coronae Portugalliae „magno cum solatio“, ut paginae publicae testabantur, et „ex toto animo“ renunciat. Die 9-na Octobrts ipsas adeo solitas pro festis natalibus primogeniti Principis, Don Pedro, congratulationis publicae contestationes prohibet. Interea dum Ulissipone in fabricanda constitutione desudatum, et contra Procuratores atque Comitia Brasiliae terribilia decreta edita sunt, Don Pedro idem vice versa in Brasilia facit; execrationes et anathemata Ulissiponensia ac Rivi Januarii sibi mutuo per iter occurrunt, et in Oceano exstinguntur. Die 1. Aug. 1822. Don Pedro suam adversus portugalica comitia, quibus tamen praevie ter sacramentum fidei dixerat, proclamationem torquet; protestatem eorum illegitimam, tyrannicam et usurpatam declarat (quod quidem e cuiusvis alterius, quam ejus ore juste omnino expectari potuisset), per factiosos Regem in arcta teneri captivitate adfirmat, ac praecipit, ut copiae portugalicae, si absque suo iudictu in Brasiliam mitterentur, hostium loco habeantur, et armata manu repellantur. Quatuor diebus post — transgresso sic Rubicone — ad omnes populos omniaque amica Regimina Manifestum *) dimittit, in quo phi-

*) Notari meretur, quod Populi in Manifesto praemittantur, Principesque Regimina duntaxat vocentur.

antropica quadam gravitate contra sistema coloniale, jugumque dependentiae declamat, simul Regimina quaeque ad mittendos diplomaticos Procuratores invitat. Proclamationes interim hae, et Manifesta spiritu ac phrasibus revolutionis haud minus, quam edicta portugalicorum Comitiorum scatebant, quin imo Don Pedro in his praecellere voluisse videtur. Grandia verba magica: Independentia, nationalis repraesentatio, majestas populi, repraesentativum regimen, Constitutio, potestatum separatio etc. varie inter se mixta resplendebant, et in quovis ordine recurrebant; neque neglectum pro explendis lacunis sententias mellitas interserere: quod post haec agricultura, industria et commercium ad laetum florem evehenda, civilis codex pro immensa Brasilia adornandus, publica item educatione atque institutio in sensu genii temporum scopo magis congruo coordinanda veniant. Non obstante hoc populari systemate, Don Pedro in ipsa etiam Brasilia in repugnantes quospiam offendit, et copiae urbem Bahiam subjugando impares suere. Die 8. Septembris cunctos Brasilianos, omnesque adhuc in Brasilia degentes Portugallos tesseram cum symbolo: Independentia autem gestare jubet. 21. Sept. Camera i. e. Municipalitas Rivi Januarii — verisimiliter ad acceptum nutum — Principem Don Pedro in 12-mam Oct.,

Interim „amica ejusmodi Regimina“ pauca dabuntur.

velut festum ejus natale, constitutionalem Imperatorem Brasiliae proclamat. Don Pedro scilicet, utcunque imperitus Napoleonis Buonaparte imitator, non obstante populi majestate, non solum Rex, sed etiam Imperator esse voluit. Die itaque 12. Oct., votis populi cedens“ titulum constitutionalis Brasiliæ Imperatoris sumit, et una magnum murariae conspirationis Magistrum se declarandum curat. — Eodem tamen tempore etiam omnia privilegia commercialia Anglis concessa confirmat (verisimiliter, quia ad dignitatem Caesaream auxilio fuerant), et magis adhuc revolutionarum, quam antea fuerat, Ministrorum collegium conflat.

Ex adverso cis oceanum extraordinaria comitia constituentia Ulissipone, vi Constitutionis decretae, 4. Novembris dissoluta sunt, et 1. Dec. ordinaria Comitia coaluerunt, ad quae, ut suapte intelligitur, alegati rursum revolutionis fautores electi, plerumque illi, qui in extraordinariis comitiis subsellia tenebant. Regina, Conjugè suo throno dignior, jusjurandum Constitutioni nuncupare detrectat, quae ideo deportanda illico erat vi legis comitiorum, quae sub poena exilii obligationem illam cuique injunxit; cum tamen complures medici testati sint, aegrotam Principem aspero hoc anni tempore iter absque vitae discrimine suscipere non posse, facultas tandem ei conceditur, Ramalhaum recedendi. Cæterum omnia civilia et politica jura amittit (quibus, praecipue posterioribus, alioquin jam virtute constitutionis carebat) et in laudem humanitatis, quaphi-

lantropicum hoc aevum adeo gloriatur, nec quidem filias secum accipere ei indultum. Mater a liberis abstrahitur, et Rex constitutionalis nequidem conjugem suam tuendo, aut vitae sociam apud se retinendo est. — Consectaria alterius constitutionalis, aut potius revolutionaryis anni, ac praetensae abusuum in Portugallia sublationis, et nunc rursum proclamatae Comitiorum Constitutionis erant: indignatio totius exercitus, qui, auctor licet revolutionis et constitutionis, absque stipendio relictus est; calamitates et communes populi angustiae per prostratum commercium et opulentiorum jacturas adductae; secessio Brasiliae, in contumeliam decreti per comitia indissolubilis ejusdem cum Portugallia nexus, grave (pro regno, quod 3 milliones animarum numerat), aeris alieni 360 millionum onus; annuus 35 millionum redditum defectus; infinita denique sclera privata, actusque violentiae omnis generis. Cunctae tamen hae regni calamitates oculos ita dictorum liberalium caligine haud liberant, neque fastum et arrogantiam eorum comprimendo sunt, sed nec caeterae Europae intercessionem excitant. Ipsa potens Anglia haec omnia tranquille intuelur, contenta omnis auxilii loco a sua cliente Portugallia depressionem teloniorum a britannicis laneis et gosypinis manufactis e 60% ad 15% exigere !! —

v. * e B. P. W. B.

*Instituta benefica educationis puellarum
in Russia. *)*

Sub immediata Majestatis Imperatricis Russiae directione ac protectione florent in Russia 12 Instituta benefica pedagogica puellarum: Petropoli, Moscoviae, Poltavae, Simbirskii, Cronopoli, Kioviae et Tamboffii. Pleraque horum Institutorum pro educandis ac instituendis siliabus inopum parentum nobilium atque civium destinata sunt. Anno superiore 1200 ejusmodi puellae partim ut alumnae, partim pensionariae (solventes) in dictis Institutis censebantur. Ab Instituto Kiovensi pro sublevandis pauperibus, quocum schola etiam conjuncta est, 1835. familiae 186 opem nactae sunt. Summa capitalis omnium 12 Institutorum simul sub exordio anni 1836: 4.000.000 Rub. constituit. v. * e B.

*) Majorne in his cura liberalium?

L o g o g r y p h u s.

Bis ter sumta dabit numen tibi littera vanum,
Sub nigro Aegyptii, quod coluere bove.
Primas nocte duas sensus dabitur tibi duplex,
Conspice, dum quaeris, corpus utrumque tenet.
Postremas quatuor cernis tunc cingere coelum,
Multicolor pluvias, dum bibit arcus aquas.

Solutio Anagrammatis in Nro 9.:

Labyrinthus — Nilus — Jus — Lis — Ritus —
Lyra — Ira — Ars — Artus — Thus etc.

*Laquei, qui incautis ponuntur a genio
moderni seculi.*

Summis saepe encomiis extolli moderni aevi genium, praeteritorum vero temporum imaginem atris coloribus describi, nemini, cum aliis publice, privatimque versanti ignotum est. Neque latet, quanti per quosdam conatus adhibeantur, ut regnanti spiritui quo numerosiores cultores concilient, quantis item ii opprimi soleant opprobiis, laesionibusque, qui conatibus his aut se abduci non sinunt, aut illis plane viriliter resistunt. Nihil vero bene animato, rerumque cursum attentius consideranti dolorosius accidere potest, quam dum numerum eorum, qui in partes discedunt, in dies crescere, Juvenes imprimis in Castra cultorum Genii huius aevi turmatim transire videt. Est quippe aetas haec novitatis, et independentiae amans, judicii immaturi, consilii expers, et nullo rerum usu edocta; hinc facile fit, ut splendidis vocibus: „Lux, illuminatio, libertas, progressus“ quibus Genius aevi, velut quibusdam incantationibus ad infascinandos hominum animos utitur, in transversum agatur. Cum igitur ista praecipua sint illicia, quibus mentes hominum captivantur, operaे pretium est, in horum disquisitione paulo attentius versari, videreque, an haec, quae sub veri, bonique specie proposita, animum ad sui amorem rapiunt, in vera luce collocata, suisque genuinis distincta coloribus, quid exhibe-

ant, quod juste extolli queat, et moveat affectus ad sui desiderium, aut non potius adsint, quae apud prudentes, veri, justique amantes horrorem, et abominationem excitare debeant?

I.

Illuminatio, Lux.

Vix frequentius aliquid in quotidiana vita re-
currit, quam aevum nostrum ab illuminatione lau-
dari. Quamquam autem, si a laudatoribus his pe-
nitius quaeratur: in quo ergo moderni aevi tanta
illuminatio consistat? vix adaequatum aliquod re-
sponsum obtineri queat, et alii quidem hanc lucem
arctioribus limitibus constringant, alii autem eam
ad omnes omnino relationes hominis, quas qua-
talis habere potest, extendant; omnes tamen in eo
facile conveniunt: lucem istam, dissipatis prior-
rum seculorum tenebris, in negotio quoque reli-
gionis illuxisse. „Jam inquiunt passim, ratio hu-
„mana exulta, et suorum quasi jurium conscientia fa-
„cta, non se sinit amplius in obsequium caecae fidei
„captivari, ut credat, et pro veris habeat, quae non
„capit, non perspicit, sed, neque ajunt, exigi pru-
„denter potest, ut omnes homines in objecto Reli-
„gionis idem sentiant; cum multiplex sit humanae
„mentis varietas, et diversa capacitas: quare per-
„mittendum est, ut quisque in hac sphaera suam
„sequatur convictionem; praesertim cum omnis
„cultus Deo praestitus, qualiscumque sit, dummo-
„do ex sincero corde procedat, Ei gratus sit, es-
„seque debeat“!

Haec ergo est illa lux, quae radios suos nostra aetate in regione Religionis late per orbem sparsit! O vere lucem, quae lumen non praebet, facem, quae non illuminat, ducem, quae in foveam precipitat! Recte quadrat in eos, qui hanc lucem jactitant, illud Isaiae C. 5. V. 20: Ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras! Sed perlustremus haec penitus:

Habet quidem ratio humana sua jura, quae nosse, ac tueri ad quemvis ea utentem pertinet, sed habet etiam suas leges, quas violare nefas est, — et non minus sua habet etiam jura veritas, quae a nemine, nisi rationem abnegare, et irrationalis esse velit, negligi possunt. Si igitur ea, in quorum obsequium rationem tuam captivare eo, quod captum tuum superent, detrectas, vera sunt, et divina auctoritate roborata; tunc non jure rationis, sed irrationaliter agis, obsequium fidei illis dengando: quia inter prima rationis evidentissima pracepta est illud: „Deo revelanti credendum esse.“ Quisquis vero sincera mente, et puro corde investigare voluerit, an Religio christiana, e Coelo delapsa, Deoque Auctore inducta sit? tam efficacia deprehendet argumenta, ut eorum ponderi resistere nullo modo possit. Est ne ergo in credentibus firma haec verae Religionis persvasio, quae robore suo ipsam scientiam superat, „caeca fides?“ aut non potius summe „rationabile obsequium?“ Et an non contra irrationalibile prorsus est, argumentis, quorum vim evertere nequis, non cedere, ad lucem, quam sophismatibus obscurare, sed extin-

gvere non vales, oculos claudere? Innumera sunt in ipsa rerum natura, quibus absque renitentia acquiescis, et intellectum tuum captivas, quamvis patula tibi haud sint: attractio exempli gratia, explicans tanta phaenomena est ipsa phaenomenon inexplicabile! In sola Religione, quae de manu Dei venit, omnia manibus palpare desideras, est ne hoc rationabile?

Vide sis iam, an non aequi decipiari, dum tibi dici audis: „requiri non posse, ut omnes homines in objecto Religionis idem sentiant, cum multiplex sit humanae mentis varietas, et diversa capacitas?“ Sit licet multiplex humanae mentis varietas, et diversa capacitas; cum tamen ratio in quovis homine iisdem legibus subiaceat, ac regatur: abesse non potest, quin eadem ratio omnibus dictet: „Divinae Auctoritati credendum, Divinas voluntati obtemperandum esse“ adeoque Religionem a Deo revelatam, quae una solum vera esse potest, ab omnibus tenendam.

Quare etiam facile perspicies inanitatem, et fallaciam eorum, quae subduntur: „Permittendum nempe esse ut quisque in negotio Religionis suam sequatur convictionem, cum omnis cultus Deo praestitus, qualiscumque sit, si ex sincero corde procedat, Ei gratus sit, et esse beat.“ Si hi, qui talia suggerunt (suapte intelligitur hic sermonem non esse de Tolerantia Civili) vel scintillam haberent amoris erga veritatem, et reverentiae erga Deum; haec utique proloqui non auderent: nam qui veritatem, quae una tantum esse potest, amat,

erga quasvis de Religione, veluti summi momenti negotio, opiniones sive veras, sive falsas, indifferens neutquam esse potest. Sed et qui aliquam solum reverentiam Dei habet, asseverare veretur: Deum veritate aequa, ac falsitate, rectis de se opinionibus, et animi sensionibus pariter, ac erroneis, et monstrosis delectari. An non summa Deo infertur iniuria, dum asseritur, eius dispositionem, mediumque, quod nobis benigne concessit salutis, non esse necessarium, sed per obvia hominum commenta suppleri posse? An non simul summa in genus humanum crudelitas est, aliis persuadere velle, unum quemque neglecta veritatis indagatione, absque ullo salutis discriminne, in negotio Religionis sentire, et agere posse, quod libet? Summum certe redolet contemptum generis nostri, ac in ore eorum, qui rationem, et veritatem super omnia venditant, ter propudosum est, dicere: idem esse, seu quis puram veritatem, seu monstrum saepe privatae suae opinionis sequatur!

Eo igitur res reddit, ut quisquis seculi moderni illuminationem talibus encomiis celebrari audit, videat, quam immerito illuminationis nomine insigniatur id, quod reipsa non est, nisi veritatis obscuratio, Dei, et Religionis inhonorio; sed et cautus quoque sit, cui veritatis lumen, felicitasque propria cordi est, ne verborum similium pigmentis, fallaciisque seduci se permittat; inductis enim in animum falsis his principiis, necessario in ea, quae ex his sequntur, incurret, atque in baratum tenebrarum, infelicitatisque incidet.

Ita quippe rei cursus secum fert, quod et constans experientia probat; ut qui de momentissimo omnium verae Religionis negotio primum leviter cogitat, frigide, et indifferenter sentit, in hoc gradu neutiquam subsistat, sed ad deteriora delabatur.

Et si saepe eveniat, ut aliqui in dubitationem de Religionis Revelatae veritate incident propterea, quod multa in ea deprehendant, quae cum suis opinionibus, et cogitandi ratione conciliare nequeunt: ast hi imbecillitatis, summaeque angustiae humanae mentis, ut oportet, concipi; nisi aliae minus limpidae cordis motiones accedant, mox in rectam viam redeunt. Quare non facile quisquam de Religione prius leviter cogitat, ac indifferenter sentit, nisi postquam pravus aliquis affectus animum occupavit: unum fascinat mentis ambitio, qua rerum omnium veritatem assequi se posse, suis viribus temere confidit, et rerum omnium abscondita per evidentem rationis intuitum perspicere se valere existimat; — aliud pulsat gloriae appetitus eiusque soboles novitatis ardor; — aliud voluptas corporalis, aliaeque hujusmodi cupiditates, quae omnes occultum pariunt veritatis odium; cum quippe haec eorum affectibus, et desideriis sit adversa. Pravi hi affectus, blandissimi hostes veritatis, et Religionis, ubi semel radicem in corde figunt, durum suum imperium quotidie magis dilatant. Postquam igitur primo hominem erga Religionis christiane veritatem frigidum, insensatum reddiderunt,

mox eum disponunt ad eamdem penitus abjiciendam. Molestum enim est diu in animo servare aculeum pungentem, conscientiae nempe scrupulum, pravitatis justum iudicem, et severum vindicem. Ut autem excusso hoc iugo, nullum aliud cupiditatis fraenum remanet, praeter solam rationem indulgentem alioquin, versatilem, et facile ad id inducibilem, ut voluptati faveat, aut saltem non multum repugnet: ita necesse est crescere in animo affectus, morale iudicium desicere, peccata, et perversitatem augeri. Jam vero quibus gradibus haec increscent, tantis vicissim augetur desiderium conitusque cuncta repagula perrumpendi, quae libetiae, et imperturbatae fruitioni desideriorum obstant. Hinc demum omnium maxime horribilis sequitur gressus, quo infelix homo, fidem in ipsum Deum, immortalitatem, et retributionem impie abjicit, quin et in se ipsum crudelis propriae suae conscientiae dictamina disrumpit, et conculcat, quo sic prorsus effraenis, absque ullo retinaculo, passionibus suis litare, et in omne nefas se effundere valeat.

Opprobrio omnis creaturae, et monstru hominis tali quid potest esse vilius? quid infelius? ut atomus in vacuo spatio passionum, impetu huc, illuc fertur, cupiditatibus suis indulgendo, nequaquam exsatiatur, sed potentius torquetur, sua ipsius opinione nec unde, aut quis sit? nec, quo sine existat, intelligit; naturae, aut casus fortuiti lussus brevi tempore durat, ut in nihilum perpetuum redigatur. Cave,

quisquis es, cave quaeso, ne te evavia Genii seculi cantus in hanc voraginem ducat!

(Continuabitur.)

**D. Rob. Peel, Rector Universitatis Glas-
gow, studium classicorum veterum
commendat.**

Die 11. Januarii D. R. Peel, novus Universitatis Glasgoviensis in Scotia electus Rector, solenniter inauguratus est; solennitas haec in sacello perfecta. Ingrediens ductus per juventutem alta roce salutatus. In ternis pro Duce Wellington acclamationibus etiam Matronae partem ceperant. Exclamatio quaedam pro J. Campbell, regio nunc gen. negotiorum Procuratore, qui, velut Reformato, aemulus Dni Peel in electione succubuit, grunitu excepta. Postea caerimonia nuncipandi per novum Rectorem jurisjurandi per Professorem Mickleham suscepta est, qua absoluta, Rector consilia sua et sensa, cum quibus munus aditurus est, longo ad „Regentem, Professores ac studicam Juventutem“ sermone proposuit et Studentes ad assiduum pro vita activa studium provocavit. — „Sinite — ajebat inter caetera — ut ego, procellis factionum jactatus, et in activam publicae vitae scenam irretitus, vos ex intima animi persuatione certos reddam: futuram felicitatem vestram, honorumque subsellia longe minus a caecis fortune placitis aut casibus dependere, multoque ma-

gis in vestra potestate collocata esse, quam id superficialibus observatoribus videatur. Infinitus contentionum ac solertiae campus ante vos expansus jacet, quocunque sors vestra vocaverit, honoris gloriaeque porta vobis patet, aut saltim nullis occlusa est cancellis, quorum claves non in vestris essent manibus. Amplior, quam Scotiae sit, horizon coram vobis semet explicat. Quibusvis perfectioris commeatus mediis novae ac magis patulae vobis ad gloriam viae sternuntur. — Justis dein encomiis ductus viarum ferreos, velut commodiora ingeniorum etiam communicationis media, celebrans, illam sua Magnificentia statuit sententiam: quod nova haec velocioris commeatus media novo ad solertia — Classicorum — studia esse debeant incitamento, quum scilicet ea expeditiorem terras classicas, magnum illud orbis theatrum, in quo celeberrimi antiquitatis viri agebant, adeundi ac perlustrandi modum, percipiendaeque inde voluptatis rationem multo faciliorem suppeditent. His D. R. Peel adhortationem subjunxit, qua ad assiduum classicorum auctorum studium auditores suos incitavit, cuius utilitatem plurimis Jurisperitorum et altiorum Magistratum — qui classicorum studiis dediti, et spiritu eorum afflati, eorumdem cogitandi ac sentiendi rationem propriam reddiderint, — praeclaris exemplis demonstravit. Solennitas benedictione apostolica, quam Regens Iatina lingua perlegit, terminata est.

v. * e B.

Convictores ad mensam summi Patrisfamilias, benignissimi Dei nostri.

Dum tacitus mente volvo, quantos, quamve
diversos convictores caelestis ille Paterfamilias a-
lendos habeat, et qua ille dilectione ac patientia,
qua item benignitate et indulgentia tractet cunctos,
non possum non mortalibus in clamare: Sumite
exemplum!

Si porro lustrem rotundam illam, omnibus pa-
tentem, mensam (orbem terraqueum); quomodo
eam optimus ille Paterfamilias quavis hyeme nivei
candoris mappa contebat, quo sic homines, labori-
bus aestatis fessi, eidem assideant, seque reficiant;
— quomodo iterum aestate qualibet vidente illam
obducat tapeto, atque tum appositis sine numero
et mensura dapibus, liquoribusque nobilissimis,
dimittens quaquaversum nuncia, cunctas creaturas
ad illam invitet, rursum mortalibus acclamo: Su-
mite exemplum!

Qua longanimitate caelestis ille Patersfamilias
sustinet has myriades convictorum, quibus diver-
sa et vix ferenda indeoles! quum tamen non plus
requireretur, ac unicus nutus, et ipsi evanesce-
rent; — unicus oris halitus, et ipsi disfluerent! ..
Sed nihil horum facit, quin placido, serenoque
vultu hanc suam mensam circumit, atque cunctos
pari prosequitur modo; nullum ille facit discrimen
inter politum et agrestem hospitem, inter tempe-
rantem et voracem, inter gratum et ingratum, in-
ter eum, qui ipsum laudat et glorificat, atque il-

lum, qui ipsum perfide negat et blasphemat; idem in omnes, in omnes beneficis! quam merito igitur adtono hic cunctis iterum: Sumite exemplum!

Eapropter, qui qui ad hanc magnam et libera-
ram mensam assidetis, ne sitis, quaeso, discor-
des et mordaces, non collidatis cubitis, non rapia-
tis bolos ab ore vicini, neque poulis capita peta-
tis! Sic profecto graviter peccatis in hospitalita-
tem hujus magni Patrisfamilias, cui utique nil pen-
dere debetis, et a quo solum ad convivium vitae
hujus vocati estis! . . Ne sitis insolentes, memi-
neritis namque, idem ille Paterfamilias, dum li-
buerit, apertis valvis, poterit vos omnes caenacu-
lo suo exigere, inclamans: ideone vos ad hanc
mensam meam vocavi? ideo cuncta caenacula, prom-
tuaria et thesauraria mea reseravi, ut vos pleni li-
vore, invidia, aviditate, tunore et fastu de donis
meis dimicetis? discrevime ego inter vos? inter pro-
bum et improbum, pium et impium, atque inter
acutum et hebetem? nonne sine discrepancia cun-
ctos pari prosecutus sum affectu? et ipsi in vosmet
grassari vultis? sustinete tantisper, donec mensam
vitae hujus removero atque tuba judicii novissimi
per sepultra regionum personans vobis meum
„prosit“ annunciarerit, tunc arrogantia, nimium-
que porrecta desideria vestra mensalium mappula-
rum instar convolvetis et reponetis; surgetis tunc
omnes, tam e splendido conopaeo, quam ex hu-
mili despectoque scabello, et nemo vestrum, quo
sederit loco, recordabitur. Ideo supportate vos in-
vicem, vos miseri homunciones, famelici hospites,

abdomini nati helluones! et dum patina circumser-
tur, non ingeratis vos adeo tumultuosi, sed capiat
ex ea quisque portiunculam suam, atque omnes
contenti sitis, qui vobis obvenerit, cibo! —

v. + ex H.

Aes campanum hispanicum in Gallia.

Magna aeris campani aliarumque suppellectili-
um, quae in Hispania jussu regiminis ex ecclesiis et
claustris sublata fuerant, navibus angl. Massiliam
nuper advecta sunt, ut ibi venui exponantur. Pa-
ginae „France“ hanc idcirco faciunt animadversio-
nem: „Spolia ecclesiarum hispanicarum mercato-
ribus fontem lucri ac divitiarum constituunt, navis
anglica „Quatuor amici“ nuper Massiliam ad-
pulit onerata 93 campanis aliisque suppellectilibus
ex ecclesiis et monasteriis ablatis. Campanae in
portus mole pro conspectu expositae sunt; incer-
tum an in forma sua moderna, an ut aes fusum
vendendae. Quidcunque demum fiat, Hispania in
perpetuum piis oblatis spoliabitur, quae mille an-
norum pietas fecerat; rebusque sacris, quas attri-
ctare ipsi adeo Mauri verebantur, ea sors relicta
est, ut ad manus omnia devastantis turbae a-
triae — bandes noires — (nomenclatio haec
alludit ad sodalitia famosa, quae tempore gallicae
revolutionis 1789 coaluerant, ad veneranda vetu-
statis monumenta ac aedificia diruenda, earumque
materiam in alias usus convertendam) deveniant,
quin ullum inde durabilius emolumentum in aera-

rium hispanicum derivetur, sed ad explendam dun-
taxat quorumdam aviditatem deserviant.

v. *

Benedictio Metrop. Ecclesiae Agriensis.

Archiepiscopatus Agriensis schematismus hu-
jus anni typo nitido et convenientissime editus te-
statur, ecclesiam metr. munificentia et piis oblatis
Excell. D. Patriarchae A. Episcopi, Ladislai Pyrker,
item Ven. Capituli A. Dioeceseos, Cleri et quorum-
dam benefactorum inde a 1831. magico architecturae
opere excitatam currentis anni 1837 mense Mayo sa-
cro ritu solenni inauguratum iri.

v. *

De eligendo Archi-Episcopo g. r. n. u. Carloviczensi.

Fama fert Ecclesiae gr. r. n. u. Episcopos sup-
plicem pro facultate Metropolitanum Archi-Epi-
scopum Carlovicensem eligendi libellum altissimo
loco jam porrexisse. Quotiescumque novus Archi-
Episcopus eligendus est, congressus nationalis ce-
lebrari consuevit, ad quem clerus 25, militia ae-
que 25, et cives totidem mittunt ablegatos; his jam
sub Leopoldo II., multiplicatis nobilibus, 25 horum
deputati adjecti sunt: in novissima itaque electione,
quae Temesvarini habebatur, jam 100 ablegati ele-
ctores aderant. Congressus nationalis altissimo in-

dultu, diem dicente Commissario regio, qui tamen in ipsa electione non praesidet, celebrari solet; exteri auditores et juventus, imo sub ipsa electione etiam Episcopi inde excluduntur. E 3 candidatis, quorum nomina singulis totidem philyris inscripta sunt, subsignatis alterutri candidato electorum nominibus, fit electio, quae fide dignis literis, per omnes electores subscriptis, per R. Commissarium approbationi regiae substernitur; confirmatione obtenta, Archi-Episcopus inauguratur et congressus dissolvitur. Primus, 2-dus et 3-tius ejusmodi congressus nationalis in Krussedol; caeterae — excepto Belgradiensi 1730 — Carolovicii, ultimus vero 1790 — 91, quoniam archieppalis residentia 1788 incendio devastata fuit, Temesvarini celebrabantur. — Ablegati potestatis seu credentiales literas Commissario R. exhibere obligantur; viaticum et diurna accipiunt. Universae tamen electivi hujus congressus expensae 2000 fl. c. m. excedere non possunt, ex quibus 400 fl. c. m. militiae, tempore adventus Commissarii R. et inaugurationis novi Archi-Episcopi honores exhibenti, et 100 fl. c. m. pro pulveribus pyriis cedunt. Onus hinc membra ecclesiae orientalis manet. Haec omnia Declaratorium Illyricum 1769 ita definit. v. *

Inauguratio A. Episcopi Friburgensis.

Ephemerides Friburgenses de 30. Januarii haec ferunt: „Solemnis Metropolitani nostri Archi-Episcopi Dr. Ign. Demeter inauguratio heri festivo

ritu, in Programmate praescripto, peracta est. Hora 6. ma^t. militia civica cum choro musico matutinum signum dabat, hora 7. compulsum aeris campani in omnibus catholicis ecclesiis inchoatus. Maxima e toto vicino rure populi copia a summo mane in urbem affluxit, cujus incolae omnes jam in motu erant, et hora 8 forum ante cath. ecclam, ubi militia civica in acie stabat, omnis classis et conditionis populo resertum fuit. Post solenne sacrum, sub quo A. Eppus in magno- ducali palatio coram Exc. Stat. Ministro Winter homagiale jusjurandum nuncupavit, Commissarii regiminis et hujatia M. Ducasus (Badensis) Jurisdictionum tum altiorum Scholarum, Nobilium, municipalis Magistratus et Reputationis civicae etc. membra ductu solenni ad metropolitanam ecclesiam procedebant, quo dein hora 9 etiam Archi-Episcopus cum Consecratore, Episcopo Keller a Rothenburg, et ambobus assistentibus Eppo Moguntino, Kaiser, et Eppo Vicari inter compulsum aeris campani per Clerum solenni processione e palatio Archi-Episcopali deductus est, et tum consecratio praescripto in romanis pontificalibus ritu suscepta. Hora 12 omnis solennitas terminata et A. Eppus cum pallio solenni rursum processione ad palatum reductus. Membra diversarum jurisdictionum eodem, quo conveniebant, ordine recesserunt. Hora 1. in palatio A. Eppalii magno convivio interfuerere Commissarii regiminis, Eppi, V. Capitulum, Praefecti Gubernii circuli Rhenani sup., membra sup. Tribunalis, tum qui e nobilibus terrestrorum Dominorum aderant. —

Nunc prorsus intelligimus, Serenissimum D. Reg. M. Ducem A. Eppo magnam crucem Leonis Zähringensis, et Consecratori Eppo Keller a Rothenburg, ejusdem Ordinis crucem medium seu Commendatorum cum adamantibus conferre dignatum fuisse. Episcopus Moguntinus, Kaiser, pixide aurea adamantibus rutila donatus. v. * e B.

Posonio. Cum fine Decembris anni superioris Reverendissimus D. Jos. Prybila, Abbas, Canonicus, et Parochus Posoniensis, munus suum parochiale, in manus V. Ordinariatus, et Patronatus resignando depositus, V. officium Vicariale, testantibus literis ad D. Resignantem exaratis, resignationem hanc dolenter, et nisi adductis gravissimis motivis cedens, acceptavit. Dolens quoque amittit suum Curatorem Animarum, omnibus aestimatissimum, Patronus, et fidelis populus; ast nullus dolentius Cooperatoribus ejus; qui ei, ex intimo corde addictissimi, carmine impresso, idiomate germanico concepto, cordiale dixerant vale. Interim resignatio haec acceptata, tum primum vigorem suum nancisetur, ubi successor ejus, neo nominatus Canonicus Posoniensis, Reverendissimus D. Joannes Kremlitska, per Statum Catholicum Lib. Reg. Cor. Civ. Posoniensis — jam electus Parochus appulerit. Praestolamur autem adventum ejus 15 hujus. J. B. H—y.

L o g o g r y p h u s.

In coelo cernor rutilans; ast absque secunda.

In terra fesso porrigo serva lucum.

*Laquei, qui incautis ponuntur a genio
moderni seculi.*

(Continuatio.)

II.

L i b e r t a s.

Vox **Libertas** tessera est nostrae aetatis; quae in foris, et compitis, in privatis, publicisque Conventibus resonat; hanc docti, et illiterati, medii, ac imi, et vix non omnes hominum classes memorant. Licet vero pro eo, ut quisque hoc, aliove bono potiri, hac, illave molestia liberari optaret, non aequales sint apud singulos libertatis huius conceptus; omnes tamen pro modulo, generali ideae libertatis, et independentiae subserviunt. Idea haec libertatis, quasi materia quaedam electrica Gentes pervasit. Hinc videmus tanto aestu agitari populos antea tranquillos, tot veterum instituta, relationes, et nexus Civium ad invicem deleri, Leges fundamentales novas rogari et abrogari auctoritatem Principum, et Magistratum succuti, ima summis, et summa imis permisceri, verbo: Deae libertatis aras ubique exstrui, genua curvari, et sacrificia immolari.

Tot studia, et conatus rei, cunctis mortalibus adeo gratae, et exoptatae, sacrati, tantisque encomiis celebratae, ut, si Genii istius cultoribus credas, brevi nova aera, aureaque secula generi nostro redditura sint, quem non animum facile in sui amorem rapiant? Quaeso tamen, ne te sinas inconsiderate his flosculis abripi, cave, ne loco

Deae, inanes nubes amplexeris, pro lumine satum ignem persequaris!

Considera tantum, quod fretum tot molus, tantas, tam varias habuit agitationes fluctuum, quantas perturbationes, et quantos aestus habuit populorum illorum conditio, qui se vano libertatis simulacro abripi siverunt? post conculcatas omnes veteres leges, disruptis se inter, et Principem, Nobilitatemque antiquae cohaesionis vinculis, post spoliationem, et tot millium innocentium victimarum caedem, post solutum, abjectumque cum ipso Deo Altissimo Foedus, sunt ne isti optata libertate potiti? — Minime, sed inciderunt in eorum, quos veluti sapientes habuerunt, et duces secuti sunt, tyrannidem! Chartacea illa vincula societatis (*Constitutiones*) quae novae, et novae continuo effabricabantur, suosque semper pro tempore habuerunt adoratores, procurarunt ne felicitatem gentibus? — Absit, — in maiorem eas deduxerunt perplexitatem, et infelicitatem!

Considera porro, quid ab ipsis aureae libertatis assertoribus in locum eorum, quae hactenus societas publicas in suo vigore, et integritate servarunt, fuerit substitutum? — In locum Principum, qui adusque respublicas proprio iure moderabantur, et populis iustitiam eius nomine administrabant, a quo omnis iustitia originem habet; constituerunt voluntatis communis executores, potestate societatis vicaria praeditos. — Pro statibus, qui omnium classium societatis emolumentum, vel causa suiipsius procurare, et promovere necessita-

bantur, et sic in veritate erant nationis Repraesentantes: collocarunt Repraesentantes numericæ multitudinis, cuius quot fere individua sunt, totidem diversum habent rerum suarum interesse: ut taliter sint Repraesentantes nullius classis emolumenti, sed ideae boni, de qua contra Platonem disputavit Aristoteles! — Pro suprema demum in civitate potestate substituerunt voluntatem Universitatis totius populi, velut realem Maiestatem, atque hanc una statuerunt omnis Legis, Juris, et Justitiae fontem, cui subjectae sint omnium Civium privatae voluntates, facultates, et ipsa vita. — Hujus supremæ potestatis voluntate inquiunt porro constituitur, vel saltem existit Princeps velut huius suae voluntatis exequens, et Maiestas personalis, cuius Ministri, seu officiales publici toti Communitati sunt responsabiles. Communitas haec ad se ipsam regendam, in ordine continendam, et bonum suum promovendum (quin tamen eatenus omnium societatis membrorum etiam minus notabilium consensus exquiri debeat) aliquos, qui in bonum publicum plurimum contribuunt, seu opibus valentiores sunt, e suo 'gremio potestate ea exornat, ut quot annis pluralitate votorum viros eligant, qui velut Repraesentantes totius Nationis, — insimul de rebus, et fortunis suis suprema potestate, ut optime visum fuerit, disponant, nulli decaetero graviori responsionis oneri obnoxios futuros, nisi in quantum, si exspectationi suae nefors minus satisfacerent, spe iteratae electionis sint excisuri.

Haec brevis incirca est imago sapientiae recentioris aevi, pro exemplo libertatis politicae Nationibus ad imitationem propositae; hoc idolum seculi, cui tot genua curvantur, tantum thuris adoletur!

Norunt, atque etiam sentiunt optime Gentes, apud quas ista sapientia plus, minusve in praxim deducta est, quod haec eis hactenus Manna de coelo non attulerit; — et quamvis multi clament: **Veritas! Veritas!** plures tamen addubitant! — Sed expende paulisper ipse, an non potius phantoma sit, quod tibi proponitur, quam genuina libertas? — Pone sapientibus huius systematis, Deae libertatis sacrificulis sequentes quaestiones: 1-o) Qui id fiat, ut cum in tota rerum natura is ordo obtineat, ut, quae praestantiora sunt, imperent, quae deterriora, subsint, praestent autem vi mentis, ac consiliij, bonaque voluntate multitudini pauci: tamen in regno Deae libertatis, non paucorum auctoritas, sed multitudinis voluntas dominium habeat? — 2-o) Quae causa, quod licet de systemate in hoc regno libertatis penes universitatem societatis sit suprema potestas, tamen non omnium societatis membrorum voluntas seu exquiratur, seu effective aliquam partem habeat in exercenda hac potestate! quin imo, si accuratus eorum ineatur calculus, qui ab exercitio istius potestatis partim penitus excluduntur, partim quorum vota, velut minora simpli-citer negliguntur; longe maior siteorum numerus, qui aliorum voluntati servire debent, quam qui caeteris suam voluntatem pro lege praescribunt? Non absimiliter, quoniam suprema illa potestas,

Comunitati totius societatis competens, ex sic dicto contractu sociali, pacto unionis, pacto constitutio-
nis, et subjectionis descendere dicitur: quid causae
subesse potest, quod simili pacto seu expresso, seu
tacito singulorum sociorum, nec unquam Civitates
aliquas coaluisse, Historia omnino memoret, nec
etiam nunc pactum huiusmodi singulorum socio-
rum in illis Civitatibus, quae iuxta ideas libertatis
novitus constructae sunt, pro fundamento sit po-
situm, seu realiter in effectum deductum? cum ta-
men a parte rei abs dubio interresset, cuivis so-
cietatis membro scire, quibus iuribus, ac commo-
dis naturalis suae libertatis, et in quantum quisque
renunciet; ut sic, si bona haec, quibus causa so-
cietatis renunciat, per nexus socialem haud suffi-
cienter recompensarentur, ex societate iterum eg-
gredi, et se ad statum originariae libertatis collo-
care valeat?! 3-o) **Cur maior censeatur securitas**
iurium, et libertas singulorum in Civitatibus, ad
ideam novae libertatis effectis, quam in antiquis?
cum tamen in illis suprema potestas penes multitu-
dinem sociorum existens, sit absolute independens,
velut omnis iuris, et iustitiae fons nullis privatorum
iuribus coactata, nec propriae conscientiae, aut
supremo Numini responsabilis, praeterea in rebus
arduis diiudicandis (ut multitudo esse solet) prae-
ceps, voluntate ad omnem auram mutabili, ac flu-
ctuante: — contra in istis: summus Princeps con-
scientiae propriae, ac Deo se strictissime responsa-
bilem, huius praeceptis, et aeternae iustitiae legi-
bus limitatum esse, ultro confiteatur; in sublimi

autem velut olympi vertice collocatus, passionum ac studii partium, de rebus abiectissimis humi inter se digladiantium, impetus non sentiens, aequa bilance iustitiam administrare, et bonum sibi creditorum promovere et optime possit, et fortissimo vinculo Religionis adstrictus etiam debeat? An forsitan aliquod medium adest efficax, et infallibile, quo in illis Civitatibus simpliciter impediri valet, ne suprema potestas hac sua potestate, et libertate abutatur? aut an non potius utrobique impossibile est viribus humanis efficere, ne mortali- um voluntates libertate sua, et potestate abuti valeant? 4-o) Quomodo id cohaereat: quod ordines et dispositiones legitimorum Principum ad reprimendam effraenem preli licentiam, coarctandamque audaciam, tranquillitatem publicam turbare adnitentium; iuxta opinionis publicae, antesignanos, laesionem involvant iuris naturalis, liberae cogitationis, idearumque communicationis, ac personalis securitatis: postquam autem iidem antesignani ad Clavum Regiminis perducti, eosdem, aut paulo etiam severiores, super eodem obiecto, in Publicum ordines edunt, aut edi curant; hi solum salutaria, et necessaria conservandi boni publici media audiant? 5-o) Demum ne longior sim: quaere ex illis, quid causae, quod licet in praedicto novo libertatis systemate, Princeps non nisi nomine communis societatis regnet, adeoque penes omnem tralatitiam suam Maiestatem, realiter non sit; nisi praecipuus societatis officialis, tamen ipse haud quaquam, sed Ministri illius, quos ad arbitrium

eligit, constituit, ac dimitit, Communitatⁱ sint responsabiles? Contra Legislatores, licet e delegatione Communitatis agant, proprie nemini; Judiciariam autem potestatem exercentes, quamvis iuxta theoriam systematis independentes esse deberent, relate ad onus responsionis Legislativae potestati subjecti sint? — Denique cur in novo sistema libertas socialis cū Aristocratia pecuniaria pleno amico foedere, cum Aristocratia gentilitia nequaquam consistere possit?

Si ad haec omnia, plana, et omnibus suis patribus nexa responsa (ut credibile est) non acceperis, una satis cognosces, quod novi hi libertatis procusores, non veritatem, sed incohaerentia potius imaginationis suae figmenta tibi proposuerint. Si adhuc haesitas, vide, quid Religio christiana de hac re doceat.

In tenebris rationis humanae, et inter variantes continuo hominum opiniones, quid nos tutius, certiusque ad Veri, Bonique cognitionem deducere potest, quam fons ipse omnis veritatis? quam lux illa, quae nobis Divinitus assulxit, nempe Revelationis? Haec de potestate sociali, quae M^aiestatis nomine solet exprimi, docet; quod sit ab ipso solo Deo: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non enim est potestas, nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinata sunt. Ep. ad Rom. 13. V. 1. Non haberes potestatem adversum me ullam, inquiebat Jesus ad Pilatum subordinatum Provinciae Praesidem, nisi tibi datum esset

desuper. Joan. C. 19-o V. II-o. De Principiis, ac Imperatoribus habetur in Epis. ad Rom. C. 13. V. 4. Non sine causa gladium portat, Dei enim Miniser est, vindex in iram ei, qui male agit. Suprema proin potestas Civilis absolute, et in se spectata, secundum haec divina effata, non ab hominibus provenit, sed immediate a Deo, coniunctumque habet ius vitae, ac necis, alioquin a creatore, velut omnis vitae Auctore, et supremo vitae ac necis Domino descendens, — Sacrae scripturae testimoniis luculentiter concordat SS. Patrum doctrina: constans namque est eorum, omniumque veterum sententia: Principes a Deo ipso, rerum humanarum Dominos, ac Moderatores esse constitutos, usque adeo, ut S. Joannes chrysostomus in Epistol. ad Rom. C. 13, Homil. 23-a huic doctrinae obstrepere voluntibus, ac dicentibus, quod suprema Potestas Civilis nonnunquam ex populi electione oriatur, reponat: Electio personae ab aliis, potestas a Deo, sic et in Papa, in Episcopo etc. quo manifeste utique inter naturam ipsius potestatis, et media eam consequendi distingvit. — Patet ex his una, quod quamvis potestas haec diversimode, utpote: praeeminentia quadam naturali, potentia, ac amplitudine virium, et fortunarum, rerum, temporumque fortunato concursu, electione, aut successione, a persona aequa singulare, sicut a collegio plurium, ac tota etiam Communitate acquiri possit, per quemcumque tamen acquisita sit, haud translata, et vicaria potestate

hominum, sed iure acquisito proprio possideatur, et exerceatur: sicque Principes haud quaquam sint delegati populi, sed solius Dei, hocque suum ius ea firmitate, ac robore teneant, sicut alia quae-cumque iura privata, legitime acquisita.

Intelligere hinc potes, non modo quam falso, et a veritate prorsus abhorrente fundamento super-structa sit, tota illa textura, novae per orbem adeo proclamatae libertatis; sed etiam, quantopere ca-vendum tibi sit, ne spiritu aevi, qui hoc in signis fert: ut absurdam illam theoriam, per conculca-tionem-omnium iurium divinorum et humanorum in praxim deducat, abripi te sinas. Nullibi gentium ad-huc perniciosissima istius libertatis principia in esse-ctum deducta sunt, absque enormi ordinis convul-sione, iurium Sanctissimorum proculcatione, et in-no-centis sangvinis humani effusione! Noli te iunge-re illorum numero, qui audent p̄ae sua caeca temulenta nihili ducere tot res sanctissimas, quibus nulla lex, nulla religio, nullus existimationis pudor, nullus metus! Cogita omnem gultam sangvinis in-no-centis, pro foeda hujusmodi libertate inducenda effusam, vindictam clamaturam de Coelo et Deum severum vindicem habituram! consule si non cre-dis, Historiam,

Nobis Christianis, si vere tales sumus, nunquam deesse potest vera libertas, et independentia; nunc au-tem, etsi tales haud sumus, minime deest etiam suffi-ciens libertas politica. In hoc nempe liberi erimus, si Dei voluntati ex animo obsecuti: „Subjecti fu-e-rimus Regi propter Deum. I. Petri C.2.V.13.

Veneremur ordinem nobis a Providentia datum,
Quasi liberi, et non quasi velamen ha-
bentes malitiaē libertatem, sed sicut
servi Dei. ibidem V. 16. Abiiciamus unusquisque
iugum passionum nostrarum, quae turpem nobis ser-
vitutem generant, et plene liberi erimus ?

(Continuabitur.)

*Sermo Domini Rob. Peel in publico con-
vivio Glasgoviae.*

Orationes memoria dignas virorum celebrium, quo-
rum sensa aestimatione publica gaudent, in his
paginis nos communicaturos spopondimus. Do-
minum R. Peel ex illustrissimis aevi nostri vi-
ris illum esse putamus, qui ingenio, doctrina,
animi nobilitate ac moderamine, publicarum re-
rum peritia atque experientia, et inde hausta
sapientia, integritate eximia, tum urbanitate o-
mniue cultura, ssvavi eloquentia, insigni can-
dore, non fucata, sed naturali quadam ac faci-
li popularitate, summa denique in tractandis ne-
bus arduis dexteritate non facile cuiquam post-
poni possit; qui habita accuratissime temporum
ratione, retentaque in omni rerum vicissitudi-
ne aurea aequanimitate, nec suis indulgendo
affectibus, nec aliorum blandiendo placitis, ver-
bo quin artibus venetur, quinve se abjiciat,
cunctorum animos abripit, cui denique nec ad-
versarum factionum primipili, nec impatientis-
simi saniorum opinionum inimici aestimationem
denegare audent; plurimum vero auctoritate ac

sententiis ejusdem, ubi in rem suam licet, utuntur. Quanti ponderis sint sensa viri talis, non est opus adfirmare, nos certe, quotiescumque per adjuncta lieuerit, ad ejusdem opinionem velut sibi constantissimam, quin obstinatam, ubi ubi eam declaratam invenerimus, memorandum constituimus.

Mos publicorum conviviorum, quae praecipue in Anglia, celebriores viros honorandi gratia, vel ab amicis et ejusdem factionis asseclis, vel ab integris municipiis dari consvererunt, cuique notus est, qua opportunitate celebrati hi viri sensa sua inter litationes depromere solent. Eiusmodi convivium Glasgoviae in honorem Dni Rob. Peel, dum solenni ritu in Rectorem Universitatis ejatis inauguraretur, in ingente oeco, pro illo duntaxat festo magnifice exstructo, qui ad stratas mensas pro 3435 convivis spatum praebuit, die 13. Jan. a.l. institutum est. Post communes libationes D. Rob. Peel salutatus hoc sere sermone respondit:

„Quis mihi animus inesse deberet, si his omnibus, quae inde a quinque diebus Glasgoviae acciderant, me haud sentirem commotum? Quamquam natalibus e regno hoc non sim, major tamen scoticae juventutis numerus triumphans me praeclaro suo concivi, quin suffragia ambirem, anteposuit. Haec mei ad sublimem Academicam dignitatem electio maturo etiam judicio virorum, qui graviorem aetatem agentes in diversorum negotiorum curriculo constituuntur, confirmata est. Hodie opificum

et industriae classis civium congratulationem excepti, tali sermone depromtam, qui etiam viris solertissima educatione gaudentibus honori cessisset.

— Benevola haec in me sensa tantum nacta sunt ambitum, ut nulli aedificiorum, quae praesto sunt, parietes ea capere potuerint, verum magica quasi arte magnificum hocce palatium, quod nullum sibi par habet, e visceribus quodammodo terrae exsurrexisse videatur. — Dixi me in Scotia natum non esse. Per hoc tamen me peregrinum esse spero haud dixisse. Minive vero, peregrinus nequam possum haberi. Si multis annis gesti munieris auctoritas, si exercita in politicas et ecclesiasticas institutiones vestras potestas, et præcipue si benevola animi in hoc regnum propensio, si gloriae incolarum admiratio, si denique ferventia pro eorundem prosperitate vota, constanter nuncupata, jus cuiquam tribuunt nomen peregrini a se amoliendi, equidem Glasgoviae peregrinus non habebor.

— Terminata educatione Scotiam videndi flagitiam desiderio. Tunc sum in hac urba moratus, et quamquam evoluti ab inde anni in populorum historia exile duntaxat temporis intervallum constituant, urbs tamen haec incolis, divitiis ac splendore clara, incredibilia interea cepit incrementa, civitas inquam haec, quae ad redditus regni plus contribuit, quam pro cunctis suis expensis tegendis non pauca continentis regna opus habent. *) In Scotiam tum veni plus videndi cupidus, quam e fenestris commoda rhedae itineraryae vulgo con-

*) En quanta magnae contributionis gloria!

spici solet. Vitae apud vos rationem cognoscere optabam, procul a magnisicis ac hospitalibus nobis um palatiis. Glasgoviae securum mihi equum procuravi, ac dein pedes partim, partim eques omnes ferme regnum hinc Invernez usque per agravi. Ignoscite, quae so, his gloriانت; credo quippe me tum plus de patria vestra vidisse, quam eorum quidam, quos nunc coram intueor. E fastigiis (montium) Ben-Nevis et Ben-Lomond mappam Scotiae geographicam conspexi, quemadmodum ea ante me naturali magnitudine expansa jacuit. Illam quoque insulam invisi, unde feri Clans et vagi Barbari doctrinam sapientiae et salutare lumen religionis acceperunt. Inter ruinas Jonae *) frigidae illi valdixi philosophiae, quae, torpore oppressis animi sensis, raptim nos traducere solet per regna ac regiones, in quibus illustrium facinorum sapientiae, fortitudinis, aliarumque virtutum perennat memoria. — Ad litota Staffae **) substiti, — vidi tem-

*) Insula parva Hebridum, in qua multae adhuc ruinae inveniuntur, inter quas praecipuae sunt cathedralis, per S. Columban anno 565 exstructae. Insula haec illo aevō claustris et scholis referta fuit, et ex ea praincipue civilisatio in Scotiam propagata.

**) Insula haec est etiam Hebridum una, columnis truncatis trium usque septem angulorum e Basalta insistens, in hac antrum Fingal maxime memorabile est, cuius parietes e pulchris columnis Basaltae 50 ped. altis constant, quae invicem lateribus junctae et alte infraactae etiam laquearia antri constituant; loco pavimenti aqua cristalli instar pellucida deservit, circum parietes horizontaliter fractae seu truncatae columnae

plum, quod non mortalium manus moliebantur, vidi potentes oceani aestus — validissimum arteriae orbis terrauei pulsum. — Ad interiora, abdissima antri penetravi, oscillationes soni auribus excepī, quae sublimiorem longe musicum edunt concentum, quam pectus humanum unquam personando est. — Duas ad fluvii Spey ripas exegi aestates, et seu in montibus, seu in litore Badenoch ductoris haud sum indigus, viae quoque inter Corriarich et Loch-Logam bene sum gnarus. Conscendi cacumina montium vestrorum, nullo alio, quam alpestri pastore duce; cujus sinceras narrationes, simplices item, omnisque artis expertes oblutuum de vita humana explicationes per horas auscultavi. In familiari hac conversatione liberum ejus ac superbum animū, qui naturali quadam urbanitate mitigatur, admirari didici, tantamque in eo perspicaciam deprehendi, quanta ejus conditionem excedere videretur; quae tamē eo valebat, ut inopiam patienter ferre, in viribus et conatibus propriis fiduciam locare, leges omnīcum observantia venerari, Regi denique fidele obsequium praestare sanctum haberet. — Et dum omnia haec explorata habuissem, obsecratus sum Deum omnipotentem, ut nepotibus pronepotibusque illud benigne conservare

ex aquis prostant, et circumcurrentibus viam praebent. Ingressus est 117 ped. altus, profunditas autem seu longitudo antri 250 ped. Intima pars in formam infundibuli excavata fluctuum impactu et stillantium e cacumine aquarum strepitu sonum musicum edit, ideo etiam melodiae - vel harmoniae - antrum vocatur. Poëtis decantatum; huc alludit Orator.

velit educationis systema, quod leges morales revelatae voluntati divinae superstruit! — Dumque ad latus hujus viri cultui divino interfuissem, et sublimem ac puram communis nostrae religionis doctrinam proponi audirem, videremque penes haec alium vigere ritum, existimabilis forsan hoc discrimen a me sinistre traductum, aut me formis externis offensum fuisse? Creditisne quaestionibus ad disciplinam ac regimen ecclesiasticum spectantibus turbari me sivisse? Minime vero, ast potius serio eodemque, quo vos ipsi facere possetis animi aestu, tempus illud — si unquam venturum eset — execratus sum, quo tales viri potestate poterintur, quos puderet scoticam ecclesiam tueri, vel qui intolerantiam propagare contenderent. *)

(Continuabitur.)

*) Quam apposite conciliavit orator animos attentionemque Auditorum!

T a b e l l a

Numerum juventutis, quae scholas nationales regulares in Districtu literario Posoniensi existentes, frequentarit, de annis 1834/5 et 1835/6 inter se comparatis, exhibens.

	Numerus Scholari- um anno		Patet ex his anno 1835/6		Decre- mentum.
	1834/5	1835/6	Augmen- tum.		
In primaria vern. Schola Budensi	504	487	—	—	17
— — — Posoniensi	480	431	—	—	49
In Scholis Capit. et aliis urbanis	17.025	17.289	264	—	—
— Oppidanis . . .	6018	5904	—	—	114
— Pagensibus . . .	10.758	10.654	—	—	104
Summa	34.785	34.765	—	—	20

*Numerus Juventutis
Instituta literaria Districtus Posoniensis anno 1836/7 frequentantis, cum numero praecedentis anni comparatus.*

	Jur.	Phil.	Summa		Anno		Decre-
			1836/7	1835/6	1836/7	Au-	
In Acad. R. Poson.	II. I.	II. I.	251	272	—	—	21
In Lyc. A. Epp. Stri-							
gón. Tirnaviae,							
Secul. . . . —	21;59		80	65	15	—	
— — Vaciensi — —	40;81		121	107	14	—	
Human. Grammatistae.							
II. I. IV. III. II. I.							
In 21 Gy-							
mnaisiis 564; 502; 688; 811; 981; 1244			4790	4620	170	—	
			Summa	5242	5064	178	—

Sua MM. SS. ben. decernere dignata est, ut neo fundatum per Eppum Gr. Cath. M. Varadinensem, Samuelem Vulkán. Gymnasium majus Belényesiense, pro desiderio ejusdem fundatoris publicis Institutis lit. adnumeretur,

L o g o g r y p h u s.

Est ex Austriacis etiam Regionibus una;

Si totam vocem sumere forte velis.

Quatuor ab ante notae, sunt pars de tempore parva;

Quae tamen in multis saepe nocere solet.

Tres vero reliquae, structae si sint bene, res est
Grata viatori, progrediturque cito.

A. Androvich.

Solutio Logogryphorum in Nris 11. et 12.:

O s i r i s. S t e l l a.

*Laquei, qui incautis ponuntur a genio
moderni seculi.*

(Conclusio.)

III.

P r o g r e s s u s.

Sicut ab aevi nostri laudatoribus Progressum saepissime memorari audimus, ita ex substrato plerumque sermonis intelligimus, quid hac nomenclatione comprehendant? Intelligunt quippe non modo artium cujusquemodi, scientiarum, industriae, commercii, morum elegantiae etc. etc. provectionem, omnium, quae ad vitae huins commoditatem, et svavitatem, gentis item alicuius gloriam, et ornamentum pertinent, incrementum; sed frequentissime omnem profectum, quo populi ad destinationem suam suo sensu conceptam, propius accedunt, ac speciatim: idearum novae libertatis, ac illuminationis, sic dicti Liberalismi propagationem, huiusque per multitudinem maiorem diffusionem.

Quod priora concernit, non magna hic lis quo ad ipsam rem in se consideratam, subversatur. Ut enim finis Civitatis est securitas interna, et externa ad tranquillitatem, pacem, rerumque earum, quae ad vitae necessitatem, commoditatem quendam, ac iucunditatem necessaria sunt, sufficientiam ducens: ita nemo vir sapiens, excitatam in hoc obiecto aetatis nostrae tendentiam seu improbabit, seu etiam negabit; multa laudis adesse argumenta, ob quae aetas nostra iuste celebrari queat:

cum in his omnibus, et quae ad rationis humanae stupenda plane inventa pertinent, — progressum — quisque oculis suis cernere valeat.

Multiplex tamen eo non obstante, in hoc genere laudis, passim versatur error: primo quidem, quod progressus iste ita plerumque sistatur, quasi praecedenti tempore densa quaedam, et opaca nox omnium ingenia profundo somno adeo oppresisset, ut recentioris solum aetatis felicitati, ac conatus attribui debeat, auroram rerum omnium optimarum, aut etiam ipsam perfectionem orbi illuxisse; deinde quod praerogativa haec aevi nostri ita extollatur, quasi summa rerum omnium, ad hominis beatitatem pertinentium, in eadem consistet. Error sane uterque gravis!

Uniuscuiusque aetatis perfectio, sua cuiusque virtus, et gloria est; egit aetas quaelibet praeterita pro tempore, et modulo suo ad perfectionem in hoc genere, quod potuit. Si Maiores vestri otiosi, et profundissimo somno conseptuli fuissent, vos hodie in postremis iaceretis; in re autem illi sunt, qui solida fundamenta construxerunt, quibus posteri eorum plerumque solum vacillantes muros superstruunt.

Neque vero existimandum est, illam vitae evilis perfectionem, tanti faciendam esse, ut in ea, veluti culmen totius felicitatis nostrae etiam temporaneae tantum collocandum sit. Sicut enim per hominem quemvis singularem ea, quae ad corpus, terrenaeque vitae commoda, et ornamenta, ac ipsarum etiam scientiarum splendorem pertinent,

posthabenda sunt illis, quae ad virtutem, et Religionem, velut altiorem ordinem, et veram animae nostrae perfectionem, ac beatitatem, spectant: ita id ipsum, quoad integrum etiam societatem seu Civitatem locum habere debet; cum id, quod bonum maximum constituit unius, — cuiusque socii, procul dubio bonum maximum sit omnium etiam collective, et quod a singulis Civibus praecipue profine intendi debet, id profine etiam praecipuo totius societatis habendum sit. — Profecto quoniam Civitas omnis ex hominibus constat, corpore, et anima praeditis, quorum naturalis, ac necessarius appetitus in beatitudinem, quae finem nesciat, et animo immortali propria sit, fertur, dubitari nequit, in consociatione quoque civili, et per ipsam Civitatem, illam virtuosae vitae felicitatem omnibus esse praeponendam, quae nos beatitate aeternum duratura dignos reddat.

Incrementum ergo caducae illius felicitatis in statu civili, tunc tantum pro veri nominis progressu haberi potest, si in eadem societate virtus, perfectio moralis, et Religiositas, in Civibus pari gradu increscat, secus enim, si incrementum istud cum detimento, aut diminutione Religionis, neglectaque beatitatis aeternae accidat, sicut singula individua, ita etiam status integri regressum polius, quam progressum faciunt. — Non opes, et divitiae, sed boni, religiosi mores efficiunt felicitatem Civitatum. An vero provectio temporalis felicitatis, quae hoc tempore se exerit, non continuo cum diminutione moralitatis, et Religiositatis

vadat? quisque experientia teste scit! nam passim deplorari hodie temporum pravitatem, profligatos mores, collapsam integritatem, prostratum pudorem, erumpentem quaquaversus temeritatem, cupiditatem, et violentiam, omnes novimus, sitque id nunc etiam passim nationibus, quod olim populo Israelitico accidit: *In crassatus est dilectus, et recalcitravit; incrassatus, in pingvatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, et recessit a Deo salutari suo.* Deuter. C. 32-o v. 15. — Temporalibus quippe rebus, ac divitiis plus immersi homines, quae ad virtutem, et Religionem spectant, communiter vilipendunt, et omnia potius magis curant, quam salutis, et verae felicitatis suae negotium.

Si iam ex hoc obtutu aevum nostrum a vero progressu haud penitus laudari potest, id eo minus poterit ob allatum pseudo illuminationis, libertatis, et sic dicti Liberalismi studium, a quo seculum nostrum tantopere celebratur: per haec enim ad prosperitatem, et veram felicitatem populorum adeo nihil accessit, ut potius bono tam singulorum hominum, quam integrorum statuum plurimum obsuerint. Videamus tantisper.

Religionem Civitati ad scopum suum consequendum necessariam esse, christianam autem, ac praecipue Catholicam ad eius prosperitatem, et Civium veram felicitatem plurimum conferre, nemus aequus, ac prudens unquam dubitavit. In legum constitutione inquit Plutarchus adversus Co-

lot. „primum est, et maximum de Superis opinio
 „— — — et si terras obeas, invenire possis urbes
 „muris litteris, regibus, domibus, opibus, nu-
 „mismate carentes, gymnasiorum, et theatrorum
 „nescias: Urbem templis carentem, quae precibus,
 „iureiurando non utatur, — — — nemo unquam vi-
 „dit.“ Inde vero concludit „Urbem citius sine
 „solo, quam rempublicam sine religione constitui,
 „aut constitutam servari posse.“ — Trismegistus
 hanc unam Civitatum custodiam esse definit. „Ci-
 „cero Lib. I. de natur: Deor. ait: Religione subla-
 „ta, unam excellentissimam virtutem, iustitiam
 „quoque tolli necesse est.“ Imo nulla vera virtus
 sine religione, quae omnium virtutum fundamen-
 tum, ac primum movens est, esse potest, sicutque
 absque hac plerumque, quod Machiavellus Lib.
 3. C. 41. de republica vult „ut cum de illa terrena
 „felicitate agetur, a proposito facinore haud aversu-
 „ra sit tam regem, quam subditos iusti, iniustive,
 „crudelitatis, aut misericordiae, non denique lau-
 „dis, aut ignominiae nota.“ Neque inveniet sub-
 ditum ait Leibnicius in Epistola censoria contra Puf-
 fendorf, §. 6-o „qui pro patria, pro republica, pro
 „recto, et iusto, discrimen fortunarum, dignitatum,
 „vitaeque ipsius subeat, si eversis aliorum rebus,
 „ipse consulere sibi, et in honore, atque opulen-
 „tia vitam ducere possit.“

Quam vero beneficus, et salutaris in prospe-
 ritatem Civitatis sit influxus Religionis christianaæ,
 speciatim Catholicae, quis non videat? Leges ci-
 viles actiones tantum externas ferire possunt, cogi-

tationes vero, reconditas animi inclinationes, sensiones, ac desideria nequaquam contingunt; in his autem proprie consistit virtus hominis, sine qua nec rectus ordo in societate subsistere, nec prosperitas communis efflorescere potest. Ubi vero est religio, quae virtutem ac internam animi honestatem magis promoveat, distinctius, et ad omnium captum accomodatius explicet, gravissimis rationibus inculcat, urgeat, ac mediis, motivisque efficacioribus etiam efficiat, quam christiana, p^raeprimis Catholica? Haec in suis veris cultoribus reprimit passiones, erigit animos in adversis, alit spem meliorum, non solum retrahit a malo, sed potentissime stimulat ad omne bonum, iustitiam, charitatem, ordinem, patientiam, tranquillitatem, et officiorum omnium conscientiosam adimptionem, — et pro omni quidem rerum articulo, etiam dum testis abest, dum impunitatis spes affulget, dum pericula terrent, dum damni horrer, dum lucri cupiditas alio impellunt, et trahunt. Unde recte condudit s. Augustinus Episto. 5-a ad Marcellinum: dent qui „doctrinam christianam adversam dicunt esse reipublicae, exercitum tam, quales doctrina christi milites „esse iussit, dent tales provinciales, „tales maritos, tales coniuges, tales pa„rentes, tales filios, tales servos, tales „reges, tales iudices, tales denique debitorum redditores, et exactores ipsius fisci, quales esse p^raecepit doctrina christiana, — et audeant eam dice-

, re adversam reipublicae? imo vero iam
 „non dubitent confiteri, magnam, si ei
 „obtemperetur, salutem esse reipu-
 „blicae.“

Quisquis ergo audacter de progressu aevi nostri loquitur, imprimis probare deberet populos, et nationes in virtutis, et Religionis christianaee cultu profecisse, et in dies magis proficere; cum quippe iste sit omnis verae perfectionis, ac felicitatis populorum fons, et origo. An vero non omnia recte e diametro opposita sunt? Quando genius aetatis Religioni, et Ecclesiae praesertim Catholicae magis infestus fuit, quam recte nunc? Profecto inde a diuidio praeterlapsi seculi 18-i nihil omnino intentatum relictum est, quo sacrosanctum Religionis christianaee munimentum e fundamento evertatur, ac subruatur! Innumeri ab hoc tempore consurserunt novi Religionis Magistri, et humani generis doctores, qui pleni fastu, et impudentia, eius divinitatem negare, in dubium trahere, aut suspectam reddere, omni sophismatum genere adnisi sunt; nullum est disciplinae, artisque liberalis genus, nulla disciplinas, et liberales artes tractandi ratio, qua ad corrumpendam Religionem, evertendam auctoritatem Ecclesiae, ad despicienda pietatis studia, virosque, quibus Religio, et honestas cordi erat, explodendos, non pessime abusa fuisset ingens ubique terrarum scriptitantium multitudo. Neque sat fuit pernitiosa contra Religionem studia, impiaque in Ecclesiam, eius Pastores, et sacra instituta convitia, innumerabilibus scriptis, libellis, opu-

sculis, novellis, volantibusque foliis impune, libereque disseminari; sed occultae quoque societas initiae sunt, quae contemptum, et odium Religionis latenter, ac in tenebris propagarent; ad complementum demum accessit ipsa auctoritas publica per plures Europae Provincias, quae dum auctoritatem Ecclesiae in suam servitutem redigeret, leges Religionis indifferentiae, morum laxitati, matrimoniorum profanationi etc, faventes, spiritui vero Evangelii adversas rogaret, — quidquid adhuc in populis supererat existimationis, et venerationis erga Religionem plene sustulit! Quod sub harum adversatum concursu Religio, et Ecclesia Christi calumniis omnis generis oppressa, obiectum evaserit despctus, ac odii publici, quod bona Ecclesiarum, ac Monasteriorum, ipsaqua sacra supellex sint direpta, Ministri Religionis, et Religiosi sub oculis publicae potestatis, a concitata plebe ferarum instar ad publicam oblectationem interfici, Monasteria cum suis inhabitatoribus in cineres redacta etc. — mirum haud est. Sed sapiunt ne ista progressum? sane, si haec contra quocumque humandum in Civitate institutum tanta cum astutia, fraude, et malitia acta fuissent, inhumanitatis, ac barbarie notam non effugerent: nunc autem, cum cuncta ista immediate in odium, et subversionem Religionis, velut praecipui omnis felicitatis populorum fundamenti a certis Genii seculi cultoribus directa fuerint: utique veri nominis regressum sapiunt, aut ad progressum quidem pertinent, ast illum, qui dicit ad interitum, et dissolutionem omnis societatis.

tatis, haud quaquam ad Civitatum, et generis humani felicitatem !

Ex omnibus hactenus dictis facile advertes, genus moderni aevi tantopere celebratum, foedas suas habere maculas, plurimasque in systemate suo complecti incohaerentias et repugnantias, quas simplex, et ingenua veritas habere non solet; sed et cum vera hominis felicitate, et ordine divinitus constituto, praecipua sui parte, in manifesta esse oppositione. Non est igitur Genius iste aliud, quam inane simulacrum, et phantasma, quod a longinquo prospectum, ad tempus aliquod potest imponere incautis, ast veritatem attentius perscrutantibus, propiusque consideratum, et quasi manibus contrectatum, abit re pente in auras, et post breve tempus, nulla sui, praeter causatas innumeratas in orbe ruinas, vestigia relinquet. Unicum nempe firmum fundamentum, cui omnem nostram illuminationem, libertatem, et ad veram felicitatem progressum tuto superstruimus, est **Lex Evangelii!** Qui repudiato hocce fundamento, aliud construunt privatae publicaeque felicitatis munimentum, pauperes sunt Alchymistae spondentes, quas tamen nunquam exhibent, divitias; Similes sunt viro stulto, qui aedificavit domum suam supra arenam; et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam; et cecidit, et fuit ruina illius magna. Matth. C. 7. V. 26. 27. — Tu si sapiens es, hanc gloriam noli cum illis dividere!

subm, *

Sermo Domini Rob. Peel in publico convivio Glasgoviae.

(Continuatio.)

Ad repetitos adplausus, qui singulares has enunciationes sequebantur, D. Rob. Peel reposuit: „Adumbrationes hae vestram tulerunt approbationem. Agite, ne nosmet ad exhilarationum solum gaudia restringamus, sed utamur opportunitate ad publicum commodum promovendum. Videamus ante omnia, an eadem sit nobis de periculis, quae constitutioni nostrae impendent, sententia? dein vero expendamus, an mutuis — pro consensu animalium — auxiliis, ad ea, quae decreveritis, effectui mancipanda una contendere valeamus? — Dictum mihi est, inter illos, qui hic adsunt, inventari multos, qui de Reformatione Curiae Ablegatorum aliam quondam a me foverint sententiam. Pugnarum, quae olim commissa et jam decisa sunt, memoria neminem profecto offendere intendo. Et si de gravi discrimine, quod imminet, et de principiis inter nos conveniri potuerit, nullus mihi ad veteres contentiones revertendi animus adest; eodem enim jure in conspectu hostium conflictus ad Bannochburn et Field of Floden denuo resumere licet. Neminem ideo, quod animo conversus, opinionem mutaverit, redarguere lubet. Cunctos potius, qui in principiis, quae 1830 professi erant, constantes perseverarunt, cuperem praesentes. — Vos pro reformationis rogatione animum enunciatis, regia adlocutione ad id faciendum solenniter

provocati: ea tamen conditione id fecistis, ut funda-
 menta, quibus constitutio innititur, sarta tecta-
 que conserventur. Hoc obtutu in errore nobis ver-
 sari non licet. Sic enim neque ut vos errasse con-
 fiteamini, nec ut opinionem vestram abjuretis, po-
 stulo, imo id potius obtestor, principiis illis con-
 stantissime inhaereatis, e quibus reformationis ro-
 gationem derivare tum placuit. Si hoc feceritis,
 arctissimo mecum vinculo juncti ad defendendam
 constitutionem collaborabis. — Reformationem
Curiae inferioris secundastis, hoc namque facto de-
 clinare putastis adgessionem, qua repraesentatio-
 nem regni labefactari contigisset. Si cum Lord
 Grey credidistis, per decretam ampliorem et effi-
 caciorem reformationem, alias pervastas ac vesanas
 propositiones, quibus constitutio in exitium praeci-
 pitanda erat, vos repudiatus, tum profecto opus
 non erit, ut reformationis legem mihi meisque as-
 seclis sustentandam concredatis; vestrarum potius
 est partium, pro juribus vestris in arenam descendere,
 illamque criminationem, ac si facta **Curiae**
 reformatio constitutionis conservationem exclude-
 ret, confundere. Evidem tantum ex illius roga-
 tione boni, quantum potui, apprehendi, tantum-
 que inde mali, quantum licuit, impedivi. Repo-
 netis mihi absque dubio, vos, quantumvis immu-
 tationes, e quibus constitutio periclitatur, averse-
 mini, opinioni tamen vestrae inhaesuros, neque
 salutares emendationes dilatus, sed potius abusus
 sufferendos postulatus. At vero, quodnam quae-
 so emolumentum posset omnis noster conventus

ex abusuum perduratione exspectare? Aut quid
 vestra assiduorum plerumque ac solertia Glasgowe
 civium interesset, si conventus hujus pro me
 auctoritatem iis conciliare studebam? Habita, uti
 politicarum rerum gnaro convenit, moralis influ-
 xus ratione, quid mihi pluris habendum: an si
 commissionibus extraordinariis, quae jam praesto
 sunt, 50 adhuc novas adijcere, an si dicere mihi
 licuerit: 3500 concives Glasgoviae circa me congregati
 fuere, et antiquarum dissensionum obliiti, mu-
 tuo reconciliati sumus, unaque decrevimus, ut ad
 constitutionem nostram, regnique politiam conser-
 vandam unitis viribus collaboremus. Neque ego
 in votis habeo, ut progressus machinae regiminis
 sistatur, imo vero ut industriam excitet, et, sicut
 bi scoria aut rubigo adhaeserit, repurget, necesse
 duco; una tamen exploratum teneo, quemadmodum
 machinam materialem, cujus functiones vos
 plene adeo cognitas habetis, ita moralem so-
 cietatis civilis machinam tum tantum bene ordina-
 tam esse posse, si fundamentum, cui insistit firmum
 securumque sit. Sumamus vaporariam ma-
 chinam in exemplum: si quispiam, qui de structu-
 ra ejus nihil intelligit, cylindrum perforaret, alter
 lebetem vaporum malleo pertunderet, tertius ho-
 rizontali motu animadverso, cujus usum perspici-
 endo non est, directionem ejus converteret, et
 praeclari isti artifices haec omnia reformationem
 vocarent, imo ipsius quoque machinae motum pro-
 gressivum deposcerent, creditis molimen prospero
 eventu coronatum iri? — Sed non convenit diu

hisce vos detinere, itaque ad rem ipsam principalem revertamur. Non est opus, nec mihi animus expo-
sito falso vexillo fiduciam opemque vestram inter-
pellare. Institutiones nationales quibuscum protestan-
tismus in his tribus regnis cum ipsa civitate arcta
copulatus habetur, salvas conservare mihi in con-
silio est. Postquam tanta cum benevolentia hie lo-
ci exceptus sum, nihil certo ineptius a me sieri pos-
set, quam si contra viros, qui sub obtutu religio-
nis mecum non consentiunt, vel syllabam proferrem.
Quod sectam in hoc regno maxime diffusam adtinet,
quod hujus strenuis, sana religionis principia pro-
pagandi studiis et conatibus civitas plurimum in
acceptis referendum habeat, nullus inficiar. His
tamen nihil quidquam detraho, si adseverem, quod
pro libero seu arbitrario religionis
systemate (voluntary system) mea saltem opini-
one debilissima adducta sint argumenta, quae
viris, in excolenda ac perficienda magna natione
partem capientibus, proponi unquam poterant. E-
quidem justum et conveniens esse reputo,
neque in hoc de assensu vestro ambigo, ut
civitas erga christianam religionem ea
ducatur observantia, quam in doles et
ipsa existentia Status-Ecclesiae velut
conditionem essentialiem depositit, ac
praesupponit. Neque ullum inveniri posse e-
xistimo, qui semet idmodi analogiis seduci patia-
tur, qualis in hac sententia proponi solet: etiam
in nundinis religionis frequentiam emtorum cum u-
tilitate mercis pari passu procedere (quo merx

praestantior et magis necessaria tanto plures plurisque licentes)! Quid quaeso certius, quam quod doctrinae religionis desiderium necessitati ejusdem minime respondeat, sed plerumque in inversa sit ratione? An illi, quibus institutio religiosa plurimum exoptanda foret, quive ejus defectu maxime laborant, inter primos, aut potius inter ultimos censemur, qui sponte ac motu proprio eam comparare adlaborant? Ego vero existimo, Sacerdotem, cui cum dignitate et auctoritate loquendum est, qui socordiam reprehendere, alios cum religione reconciliare atque flagitium redarguere obligatur, talem inquam virum a sola precaria eorum gratia, quibus consilia impertiri, quosve ad meliora informare, monere et ad frugem reducere tenetur, dependere nequaquam debere.“ — Dum ad haec publici adsensus adclamatio sequeretur, D. R. Peel reposuit: „Ex hoc animorum enunciatione compertum habeo, constare mecum de hac quaestione sententiam vestram. — Non est de eo sermo, ut nova Status- (Civitatis) Ecclesia constituatur; illa duntaxat quaestio est: vultisne penes eam perseverare, quam legibus receptam, vigentemque invenistis, quaeve solennibus pactis constabilita habetur?“

(Continuabitur.)

A' végső kérdez.

Az Amerikai egyesült Státusokban Ollon Ezredesnek — ki legvadabb atheistá 's istentagadónak tartaték, 's a' vallástalanság tanításit nyilvánterjeszté — leányát egy nehéz betegség ágyba sujtá. Sulyosodván a' nyavalya, közelgetni látszott a' szerelelt édes magzatnak halál-órája. Illy állapotban lévén a' nyavalys, atyját szeliden ágyához szólítá, megfogá kezét, 's imigy szóla töredezett hangon 's elhaló szemekkel: „Atyám! néhány pillanat mulva Isten előtt fogok állani; most szólj, felelj kérlek igazán végső kérdésemre: azt hidjem-e, a' mire te tanítál engem, vagy azt, mire anyám tanított?“ — Anyja igen jámbor kereszteny aszszony volt. — Az Ezredes egy pillanatig mint menykőtől illetve állott, szemei haldokló gyermekén csügtek, göresös fájdalom rángódott ajakin, lehajlott kedves leányához 's szóla siró hangon: „Gyermekek! csak azt hidd, mire jó anyád tanított.“ — Milly különös, megrázó utat választott az isteni gondviselés egy atheistának szívéhez!

k. A. V. P. Lad. M.

A' magas iskolamester-társ.

Francziaországban különös jótékony Egyesület áll-fön, a' szegény iskolatanítók' gyámolitására. Néhány évvel ezelőtt hirdették a' francia hirlapok, hogy azon Egyesülethez maga a' francziák' mostani királya I. Fülöp is igen nevezetes ajandékkal járult.

Melly alkalomkor a' társaság' titoknokához, az u-
ralkodó fölség többek közt imezt írta: „Mi rokon
érzelmemet a' szegény iskolamesterek iránt legki-
váltkép ébreszti, az azon körülmény, hogy ma-
gam is egykor ezen hasznos polgárok közé tartoz-
tam. Azon sokféle sorsváltozásnak, mellyek ne-
kem e' földi életben osztály-részül jutának,
egyike az, hogy én, kemény üldöztetés' idején,
egy gymnasiumba mint tanító fogadtatám-be; hogy
azután nyolcz hónapig egymásután rendszerinti ok-
tatást adtam a' tanuló gyermeknek. Azért re-
ménylem is, hogy a' szükölködő iskolatanítók' föl-
segélésére ügyelő társaság az én filléremet is, mint
iskolamester-társtól nyujtottat, jó néven fogadandja
's a' t.“

T.

D e n o m i n a t i o .

Caeo-Regia Majestas Ap. altissima resolutione
sua de 21. Jan. a. c. in Cath. Capitulo Zagrabensi
vacuum redditum Lectoris munus, Praeposito Maj.
Csasmensi et A. Diacono Gveschaensi et Szinczen-
si, Michaeli Horvatich benignissime conserre di-
gnata est.

Benevolus ac indulgens Lector typi errores uti pag. 199 ord.
12: patribus loco partibus; p. 200. o. 4: Miniser loco
Miniszer; p. 202. o. 20: nebus loco rebus; p. 204. o. 11:
Minive loco Minime; et ibidem o. 21: urba loco urbe;
p. 205. o. 2. in divisione: nob-ium loco -ium; et ibidem
o. 19: litora loco litora; p. 206. o. 23. in divisione: -tum
loco -ctum etc. morbo moderno, qui etiam Redactores,
qui una Correctores sunt, et Typothetas, uti undique
audiri potest, divexat, attribuet.

*Sermo Domini Rob. Peel in publico con-
vivio Glasgoviae.*

(Continuatio.)

Praeterea vobis declaro: me auctoritatem Curiae Procerum in tota sua extensione conservatam habere velle; quia eam essentiali et absolute necessariam pro mixti regiminis nostri perduratione, et cum existentia britannicae constitutionis intime nexam esse reputo. Quamlibet propositionem, quae eo directa est, ut status Curiae Optimatum etiam si non directe impetratur, mediate tamen subruatur, equidem non sensu abstracto, sed ratione praefixi sui scopi — Curiam quippe super, et sic britannicam Constitutionem convellendi moliminis instar — expendam. (Adplausus). Si vos, quemadmodum ex adplausu vestro concludo, huic declarationi adsensum praebetis, adesse tempus arbitror, quo huic consilio convenienter nobis agendum sit. Solo, etiamsi laetissimo, animi ardore adhuc nihil actum. Ad quid nobis concessa politica jura, si usum facere non lubet? Si pericula, quae nobis minantur, agnoscitis, si mihi assentimini, non tamen jurium vestrorum usum capitatis, similes estis homini coram hoste communi constituto, gladium portanti, quem tamen stringere detrectat. De civili loquor gladio. — Jus mihi competit ad vos hic loci sermonem habendi, et exemplum vobis datus sum, qua ratione illo utendum sit. Nolite existimare me ideo solum huc venisse, ut vanitati aut ambitioni meae

blandiar, quamquam ad eidem satisfaciendum nihil prorsus sit neglectum. Ego vero huc veni, quia per communes nostros conatus defendendae constitutionis media me augere posse putabam; nihil itaque de locorum longinquitate, nihil de hyemis asperitate animum subiit; credebam per id, quod facturus eram, meas erga nationem obligationes expleturum. — Repeto iterum, adesse tempus, ut jurium, quae nobis competit, usum capiamus; legi enim nuperaadmodum orationes, a viris habitas, qui ad constitutionem sustentandam singulariter obstricti esse deberent, qui tamen illo sunt animo, ut defensionem constitutionis eisdem concredere nolim. Magni nominis virorum legi orationes, et inde intelligo eos de reformatione Curiae Procerum nihil adhuc certi decrevisse. Hoc quidem vehementer doleo. Dicunt, reformationem Curiae superioris adventare, consilii tamen illius rationem se nondum vidisse. Eam interim in quibusvis quaerunt latebris. Quam inania haec sunt subtersugia. Adoptent primam quamvis obviam propositionem, substituant curiae Procerum collegium Senum, vel Senatum Quingentorum, vel Conventum per membra Procerum, aut Familiarum capita electum. Quidcunque horum fecerint, idem sequetur effectus. Creditisne silvam, decem seculorum roboribus constantem, levi adeo operé extirpatum iri? — Nolite vobis imaginari, constitutionem foederatorum borealis Americae Statuum apud nos locum habere posse, quamvis prosperitatem ei regno procuraverit. Expendite ingens physicum discrimen.

Recogitate Magnam Britanniam esse regnum vetustissimorum eventuum memoria clarum ac dives, democraticae institutiones Americae ad nos transplantari semet nequaquam patiuntur. Subjecturne nos essemus tyrannidi, quae inde emergere contingenter? Odimus unius despotae tyrannidem, aversamur et oligarchas despotas, neque majoritatis tyrannis plus habet commendationis. Experimentum fieri placet? habetis ante oculos alterius nationis exemplum. Si democratico conveniunti supremam concredere mavultis potestatem, non Foederatorum Statuum institutiones, sed ferocissimas, quas Gallia exhibuit, scenas animo praecipiatis oportet. Si curiam superiorem sufferre vultis, tollenda omnino est, non vero deliberans conventus ei substituendus, cuius solummodo nomen superesset. Consultius profecto foret cum una dunt taxat Curia rem experiri. Subversio Ecclesiae - Status, Reformatio Superioris Curiae, arcana in electionibus suffragia inomissee necessaria depraedicantur. Electores nunc publicae saltim opinioni responsionis onere subjecti sunt; inducite arcana suffragia, omnis potestas manibus 4—500-orum hominum credita erit, qui nulli mortalium rationes reddere obligati, potestatem hanc clam exercebunt. Et si hac ratione constituentem Conventum conflatum habueritis, quis vadimonium vobis praestabit, consultationes ejusdem a melioribus ac sapientioribus, quam in Gallia factum est, viris directum iri? Per iter huc suscepit, legi orationem unius hoc tempore mini-

strorum Regis Galliae , viri, qui e tranquilla vita privata ad grave hoc in Ministrorum collegio munus vocatus est, et dum in membrum Academiae susciperetur, sermonem illum habuit. D. Guizot loquitur de effectibus constituentis in Gallia conventus, conventus pure democratici, e viris amplarum cognitionum conflati, qui in reformationes omnis generis proclives fuere.“ D. R. Peel , lecta oratione Dni Guizot, sic est prosecutus: „Quis vobis vadem ager non eadem, quae olim in Gallia , apud nos eventura? Nullam ne novum ejusmodi regimen inveniet repugnantiam? inviti certo nosmet subjecturi sumus, et terribilis tum reactio consequetur. Nolite cogitare, homines tales, uti Robespierre, Marat et Danton lusus naturae (monstra) fuisse, quos Gallia duntaxat producendo fuerit. Minime vero, sed ii temporum potius adjunctis, quae veterum institutionum, omniumque diuturnitate sacratarum auctoritatum subversionem necessario concomitantur, suam debuere originem. Estote persvasi, quod similes caussae, similes semper effectus pariant. In singulo quovis yico habebitis perditum quemquam, qui foedissimam nomine populi tyrannidem exerceat.— Nunc vero de prosperis constitutionis nostrae eventibus testimonium ob oculos positurus sum, a quopiam reformationis amico et ministro Regis praestitum, neque in aestu disputationum depromtum, sed post seriam meditationem descriptum et typis procusum.“ Adhaec D. Robertus ex impressis Dni J. Russel operibus illum praelegit locum , in quo constitutio Britannica

maximis celebratur encomiis. „Optimatibus“ — continuat orator — „objectum fuit, eos responsionis onere esse immunes, ego vero reposui, eos quidem illo sensu, quo Ablegati sunt, responsionis onere haud esse abnoxios; at eos coram Deo, coram foro interno, et opinione publica respondere omnino debere. Verum si curiae Procerum hoc vitio vertitur, quod factorum rationes magnae populi turbae reddere non obligetur, quaero vi- cissim cuinam electores responsione teneantur? aliudne respondendi onus eis incumbit, quam quod Deo, conscientiae atque opinioni publicae debetur? — Exprobratum est praeterea Curiae superiori, quod sensa, populi votis adversa, manifestaverit, progressumque ad meliora impediverit. Reflectamus tantisper attentionem nostram ad susceptas inde a novissimis 7 aut 10 annis multiplices mutationes; idem nobis hoc obtutu, quod cum ductibus viarum ferreis evenit, tanta quippe decurrimus velocitate, ut distantias oculis metiri nequeamus. An non brevi temporis intervallo omnis politica commercii nostri ratio plene immutata? non est mihi animus hic loci eam expendere quaestionem, an omnes hae mutationes salutares sint, nec ne, sed loquor duntaxat de factis: plurimos nempe ante oculos nostros evenisse mutationes, quin Proceres repugnassent. Relationes nostrae cum coloniis Indiae orientalis novam prorsus faciem nactae. Monopolium vetus sublatum, et commercii libertas inducta. Codex totus criminalis novis studiis reclusus, et mitigatus. Catholici civilibus incommodis

liberati; lex „Test - Acte“, sublata. *) Reformatio Curiae inferioris decreta et consummata; mancipia manumissa. Municipia Angliae et Scotiae reformata. Novissima comitia legem de formalitatibus matrimoniorum ac nativitatum ad communem approbationem immutarunt; ephemerides quoque publicis typariis, in quantum Ministri desiderarunt, subductae, cui rei plurimum inesse momenti multi opinabantur. Curia Optimatum propositionibus his adsensum praebuit, in quibusdam publicae opinioni plene obsecuta, in aliis moderamen interposuit, in aliis denique, missis propriis suis opinionibus, publico desiderio detulit. Neque ignoro actum, cui superior Curia inimicitias, quibus impeditur, debet. Proceres scilicet foederi inter factiorum primipilos conciliatio plenam tribuere

*) Scopus Alvearis admittit indolem hujus abolitae legis brevibus perstringere: „Test“ testimonium, tentamen, periculum, proba (tecte adversus catholicos). Scilicet suspicio aderat, Carolam II. 1660. solio restitutum, in Gallia ad catholicam transiisse religionem: ne catholici clandestini ad munia publica subrepere possint, Comitia 1673 legem „Test - Acte“ (Teste et Corporationsacte) tulerunt, vi cuius quivis munus publicum adiens, jusjurandum nuncupare obligabatur, in quo praeter alia Transsubstiatio negari et cultus sanctorum rejici debuit. Catholici itaque hoc praescripto ab omnibus arcebantur muneribus. Jacobus II. cum jactura coronae legem hanc abrogare incassum tentabat. Primum 1817. pro Officialibus milit., 1828. autem civilibus muneribus, proque ipsis Comititalibus Ablegatis sublata est. Inde emancipationis Catholicorum epocha.

fiduciam detrectarunt; foedus enim illud unico tantum nexu junctum continetur, i. e. de praedatione ecclesiae hibernicae. Hoc Optimatibus haud quisquam vitio vertet, si in memoriam revocaverit, quemadmodum factiones hae, nunc confoederatae, brevi antea de se mutuo judicavarent. Illi hos „sangvinem sientes, perditos Whigs“ compellarunt, hi contra illis urbanam hanc salutationem eo reddiderunt, quod „eosdem seditionem proprii commodi studio depraedicare“ adsfirmarent. Curia Optimatum clausulam de appropriatione reddituum ecclesiae hibernicae repudiavit, non propter summas aeris in quaestione vertentes, sed quia quaestio de principiis agebatur, et quia metuebat, ne, admisso principio, existentiam dominantis ecclesiae periclitari contingat. Legamus solummodo paginas publicas, in quibus consilium ecclesiam status ubique sufferendi minime celatur, et exploratum habebimus, Curiam Procerum obligationi suae adversum acturam fuisse, si principium illud adoptasset. Imo ipso illo tempore, dum rogatio illa regno proposita fuerat, ille idem, qui consilium in medium protulit, una declaravit, eo ingentem plagam ecclesiae protestantiae infligi, animosque consternari; Optimates prospecto eo, quod si ad stragem illam infligendam seduci se paterentur, alas sibi quoque succisum iri, possuntne idcirco vittuperari, quod ita, prout factum est, egerint?

(Continuabitur.)

S. Simonistae in Aegypto.

„Ut cribraret.“

Ex Aegypto nuper de S. Simonistis haec est praestita relatio: S. Simonistarum, qui cum Patre Enfantin eo profecti sunt, numerus valde inminutus est. Simul 21 fuerant, quorum unus naturali morte decessit, 5 alios pestis absumsit; 4 christianam religionem publice abjurarunt islamismum amplexi; unus disparuit, tres Aegyptum reliquerant, caeteras orientis provincias invisuri, horum unus quin vel voculam arábice sciret, occidentali peregrinantur turbæ, Meccam profecturae, ducem se praebere ausus est; quid eo factum, adhuc ignoratur, quoniam peregrinantes ii nondum sunt reversi. Reliqui ad publica opera viarum, in nosocomiis, et duo in publicis scholis occupationem invenerunt, Solus Pater Enfantin absque ullo merendi modo est, et a sociis, praecipue a noto renegato Soliman Pascha (Selves) intertenetur. *)

v, * e B.

*) Jam constat Patrem Enfantin Parisios reversum esse,
— Quaeret aliquis — politicarum rerum in his ludicris rationem non habens, quamquam, si ea sana sit, similes vesaniae seculum foedare non possent — quemnam homunciones hi cum barba projecta scopum sibi praefigere potuerint? — — fors uti politici somnambulones, humani generis emendationem, ac felicitatem procurandi curam in se receperunt, a nemine ipsis concreditam? — Ita sane, quemadmodum histriones, aleatores, praestigiatores, scenici etc. etc., diversissimi generis curiosum vulgus expeusis ejusdem

Societas musica Posoniensis.

Concentus Ecclesiastico - Musici Capellae Caes.

Reg. Aulicae, quorum ad artis amussim productio-
nem nobis sub Coronatione Suae Majestatis Regi-
nae, dece^mnio superiore mirari licuit, moverunt in
Posoniensibus artis musicae peritis desiderium, pae-
ne jacentem rānum artis moxatae ecclesiasticum
ad gradum perfectionis evehendi. Coaluerunt ita-
que eorum complures sub Aegide Suae Celsitudinis
Principis Innocentii Odescalchi votis secundis, qui
posterior coetum annuis 100 fl. c. m. ad tempus
suae protectionis dotavit. Accesserunt qua Maece-
nates, Sua Emin. D. Cardinalis Alex. a Rudna et
Sua Illust. D. Comes Joannes Zichy, singulus an-
nuos 100 fl. m. c. pendens. Ast extinctis his fauto-
ribus, coetus, in se divisus, concidit.

Exsurexit e ruderibus his, causa motrice Re-
verendissimo D. Abbat^e et Can. Jos. Prybila, Pa-
rocho loci, nova societas musicae choralis, sub
auspiciis Suae Illust. D. Comitis Casimiri Eszter-
házy de Galántha, qui societatem annuis 120 fl. c.
m. dotare spopondit. Societas haec nova sui in-
augurationem celebravit die 24. Nov. — utpote Dom.
infra octavam festi S. Caeciliae Patronae musices

exhilarant, arte utrique parti necessaria : his ut ca-
chinos sufferre valeant vitae curarum — momento
temporis — liberi, illis ut sine his curis ac laboribus
jucundam agere vitam possint. — Eadem fere in omni-
bus aevi nostri conditio est: sapientiores indignantur;
ludentes et delusi plaudunt, sed hi cum sera saepe
poenitentia.

— an. 1833. sacro solenni, quod Veni Sancte praecesserat, et concio sequebatur. Finitis Divinis congregata societatem D. Protector Com. Casimirus Eszterházy allocutus est, ei gratias agens pro fiducia in se locata; hanc dictionem sequebatur sermo brevis, ad trutinam expensus, D. Praesidis Can. et Par. Jos. Prybila. — Ast jacta haec fundamenta tum primum consolidata cernebamus, ubi Sua Maj. Sacrat. medio Benigni Rescripti Exc. Cons. R. L. H. de dato 7. Jan. 1834 statuta societatis benigne confirmare dignata fuisset. In cujus sequelam societatis membris diplomata lithographa, in fronte symbolum: „Omnia ad majorem Dei gloriam“ gerentia, admanuata sunt.

Concentus nostri ecclesiastico-musici, cultum Divinum comitantes, in praesenti eum perfectio-
nis gradum attigerunt, ut, testimonium perhiben-
tibus extraneis artis musicae peritissimis, in spe-
cie judicio D. Ignatii Seyfried, celebrati compositoris Viennensis, ut inquam concentus hi primis
Europae adnumerari mereantur. Et mirum ne?
qui vires societatis expendit, quae intra et extra
urbis pomeria 568 membra numerat, e quibus 395
ope pecuniaria, 117 ope musica — huc non com-
putatis 18 stipendiariis, et 6 individuis Regentis
Chori, et Turris Magistri — societatem fulciunt;
qui novit ardentem zelum D. Comitis Caroli Keg-
levich de Buzin, centenis florenis non parcentem;
— indefessos, copiosis expensis juctos labores D.
Causarum Advocati Georgii Schariczer, non modo
ut societatis Actuarii, sed et ut passionati artis mu-

sicae periti; — qui novit miram sedulitatem, et exactitudinem, cum dispendio sibi preciosi temporis, D. Reg. Docentis Musicae Josephi Kumlik, qua societatis Capellae Magistri; — denique cunctorum optimam voluntatem incrementa societatis promovendi: nullus dubitat, societatis conamina hunc, et non alium sortiri debuisse effectum. Non scribo ut interessatus, cum ipse sim membrum societatis; sed copio originale, quod cuiuslibet sensui patet.

Novissima societatis ordinatio menstruarum academiarum productionum, quae, benigne annuentes Sua Serenitate D. Regni Palatino, in oeco regnolari asservantur, eo tendit; ut partim numerus membrorum augeatur, et tam heterogeneae partes arctiori vinculo stringantur; partim ut se successive sufficiente capitali fundet, sicque contra nefors possibilem casum semet societas tutam reddat; partim denique ut innocentibus his deliciis, membris onus sustentationis ferentibus, quodpiam solatium paret. Neque tamen, — firmissime convincor, — metuendum habemus, futurum fore, ut suprafatae academicae productiones principali fini praeponantur, et causa minoris attentionis in concentus ecclesiastico-musicos evadant; quin imo scandent certo utraque pari passu gradus perfectionis.

Caeterum ardemus desiderio, super ortu similium societatum aemularum in Patria nostra, gaudendi.

J. B. H—y.

Dum Alveare nostrum laudabilia hujusmodi Institutula — quae progressivae culturae postulatis revera subveniunt, quin saniora rationis principia excedant — nota reddit, praecipuum illum, quem operi praefiximus scopum — salutarium consiliorum indicia — nunquam ex oculis dimittemus. Itaque dum conflatam Posonii concentus musici ecclesiastici Unionem, institutasque per hanc academicas singulis mensibus productiones superius adumbratas communicamus, praeter media, quibus ea co-aluit, optatumque eventum sortita est, quibusve opus susceptum — in exemplum imitatione dignum — prosequitur, utilitatis rationem explicare obligationis esse ducimus. — Ad exposita superius non possumus non adjicere: indefessis Parochi Urbanii, proxime jam emeriti, RRsimi Canonici Abbatis Jos. Prybila, Professoris item Musices Jos. quondam Klein conatibus primitias Unionis praecipue deberi, quorum eximius in externum quoque Dei cultum zelus, et conveniens temporibus nostris in artes pulchri amor, apud optimates et potentiores cives hujates, artisque peritos ac amatores consonum illum excitavit ardorem, qui ad arduum omne initium vincendum necessarius est. Ita primi, in opera et instrumenta musica etc. desiderati, sumptus magnanime conflati, statuta communis consensu elaborata, altiori loco adprobationem nacta, et cultus divinus in ecclesia collegiata diebus Domini et festis egregium hoc pietatis incrementum obtinuit. Comparatis sic iis omnibus, quae sola benevolentia absolvi nequeunt, de ulteriore Unionis perse-

ctione cogitare licuit. — Musica quippe ecclesiastica omnibus suis sororibus sublimior est, esseque debet; magno itaque et quidem vario per omnes alios ramos instituendo exercitio eget. Membra chori sacri, ut desiderata dexteritate et adcurato consensu polleant, in omni genere musices continenter semet excolere, et ad majorem in dies perfectionem eluctari contendant, oportet. Ad haec tam artis periti, quam amatores cooperantes efficacibus egent incitamentis. In ecclesia — nostra saltim opinione — ut ipsi duntaxat harmonici concentus adesse, membra autem chori quasi extra parietes ecclesiae cogitari possint, oplandum foret, ita, ut seriae tantum illae, altiores et sublimiores melodiae navim ecclesiae, sacrarium pietatis penetrantes, corda omnium pervadere, animosque pietati vacantes purissimo quasi spirituali afflatu in ardentem Sanctissimi adorationem inflamare valeant. Ibi itaque aemulationi cuidam, aut singulorum quorumque membrorum eminendi studio et contentioni — efficacissimis caeterum in mortalium pectoribus ad perfectionem incitamentis — locus neutiquam datur; quae interim in productionibus academicis, — in quibus alia etiam profana, sed una nobiliora et ecclesiasticis proxima, artis producta exercitii gratia maxima cum utilitate assumere licet, — optimo cum fructu admittuntur, stimulosque praebent nobilissimos. Ibi quippe auditorum animi, non aliis sanctioribus, sed solum et unice musici chori praestationibus, et venustati harmoniarum intenti gratis sensionibus in publicam adprobationem erumpere

et sic laeto adplausu conatus atque aemulationem singulorum chori membrorum accendere jure possunt. Unde — sententia nostra — academicae hae productiones artis operum, scopo apposite lectorum, partim ut canales, ad ea, quae magis mundana sunt, quaeve pietatem turbare possent, ex ecclesia alio derivanda proficui, partim ut incitamenta et ad ecclesiasticum concentum magis magisque perficiendum efficacissima exercitia maximam merentur commendationem; etiam si secundarios earundem fines, veluti innocentissimas, auditoribus procuratas voluptates, quae, quantae sint, ingens, et janū ipsos magni regnicolaris oeci parietes nimum angustos reddens confluxus abinde docet; tum — quod e frequentia auditorum suapte sequitur — fontium, unde progressus majores ali possint, reddituum quippe incrementum, silentio praetereamus.

*

Egerból. Méltóságos és főtisztelendő Kis-Szlatinai Durcsák János úr, választott Sardicai püspök, Eger váráról neveztetett Bold. Szűz prépostja, és Egri kanonok, sokaknak jótévője elhunyt Egerben Boldogasszony hava 31-dik napján, életének 66-dik évében; kinek hideg tetemei Böjtelő havának 2-dikán délutáni négy órakor Nagyméltóságú Patriarka Egri Érsek által igen nagy számmal megjelent végző tiszteletet tévők között az Egri Szent-Ferencz tisztelendő Szerzetnek sírboltjába díszes szertartással eltakarítatták.

Az Egri főkáptalan f. február. 3-kán mindenkor gyakorlott jogánál fogva az elhunyt m. Durcsák János úr helyébe az Egri várról nevezett Boldogságos Szűz prépostjává szavazatok többségével, Mélt. Bezdédi és Kis-Bákai Báró Bémer László apát, 's kanonok urat választotta.

Brassó január 15-kén. Tartler János kir. tanácsnok úr Ö Nagysága Brassótul olly hosszas távolléte alatt sem felejtkezhetett - meg boldogult attyáról, születési helyéről, sem rokonairól; 's a' tegnapi napot, jan. 14-két Brassóra nézve ünnepé változtatá, mellyen t. i. a' minden házi és polgári erények' alapja, a' szülék iránt tartozott gyermeki szerelet és tisztelet erénye nyilván 's példásan ünnepeltetett. Szent volt előtte és szent most is nemzőjének hamva, — 's a' mult század 69-dik esztendejében elhunyt tiszti-titoknak, az itteni cath. temetőben az élet viharaitól mentien nyugvó attyának szép emléket, melly a' szülék iránt tartozott gyermeki szeretet és tisztelet' emléke, állandtott, azt január 13-kán ünnepiesen, számos brassói polgárok' jelenlétében felszentelteté, — nem csak, hanem másnap, jan. 14 kén a' nagy cath. plebániaegyházból fényes requiemet tartatott, melyen a' cs. k. katonaság, az itteni tisztviselőség és polgárság több tagjai kegyes buzgósággal jelen válnak. Nagyon emelte az ünepiséget azon velős beszéd, mellyet a' Romai Ejtszakáiról esméretes, nagyérdemű Fennsalusi Kovács Antal városi plébánius és esperes úr remek előadással német nyelven tartott. Szavai szívnek és érzésnek, egy fensőbb

lelkes szónoklatnak szavai voltak, mellyek szívet, lelket indítanak, 's a' szülék iránt tartozott gyermeki szeretet és tisztelet erényét legszebb példák által épületesen oktatók. Meg kell még említeni, hogy kir. tanácsnok Tartler János úr Ö Nagysága, más, itteni vérrokonival közlött nem csekély gyámolitásit elhallgatva, a' helybeli elemi oskolának és szegények' korházának 1600 azaz ezer hatszász v. cz. forintot volt kegyes ajándékozni, 's így nemes érzelmeket hazafiai a' brassóiak iránt tettel is kimutatá. Annyival szébb példája ez a' hazafi érzelemnek, minél kevésbé volt ő azok iránt illy háládatosságra kötelezve. Mert még serdűlő ifjúságában odahagyta Brassót a' tisztelt kir. tanácsnok úr, és mint szász, szerencsétl 's boldogulását az érdem-utján keresvén, végre a' magyar nemességet is nem a' Szászok között, nem itt Brassóban, hanem a' dicső magyar nemzetnél nyerte. A' tisztelt tanácsnok úr kimult hitvesének is Fejérvárott 1836-ban september, leányának pedig Bécsben 1831 aug. hónapokban díszes sírkövet állítatott.

H. T.

L o g o g r y p h u s.

Facile non videor merx in foro esse venalis.
Prostravi tamen horrendum marem arma gerentem.
Prima abscissa sum castris, regique sepulchrum.

Solutio Logographi in Nro 13.: Moravia.

E serie errorum typi nuper emansit: obsecratus pag. 206.
ord. 24. pro obtestatus.

*Sermo Domini Rob. Peel in publico con-
vivio Glasgoviae.*

(Conclusio.)

Si quis vestrum adhuc de formae regiminis nostrae prae aliorum regnorum praestantia anceps haereret, antequam dubio huic convenienter agatis, svadeo vobis, ut ea, quae de aliis regnis referuntur, bene expendatis. Assumamus faustissimum democratici regiminis — Foederatorum Statuum borealis Americae — exemplum. Nemo me ardentius omnem huic reipublicae optare potest prosperitatem. Procul abest, ut invido oculo intuear florem et progressum ejus, intime potius de eodem gratulor. At dicite, quaeso, sortemne foederatorum Statuum nostra meliorem arbitramini? Interrogate quemvis peregrinatorem, qui foederatos Status inviserat. In primis svadeo vobis, legite opus celebris galli, liberalibus principiis addictissimi, puto Dni Tocqueville. Qui regnantis nunc in Gallia Dynastiae assecla est, quive principium democraticum in certa sui extensione necessarium esse censem; sed effectus ejusdem absque partium studio expendens de consectariis institutionum democraticarum hanc depromit sententiam: „Nullum adhuc regnum nosco, in quo sensorum independentia, cogitationumque ac sermonis libertas tam parum vigeret, uti in America. Majoritas ibi circa opinionum libertatem certos describit limites, et scriptor, qui se intra hos fines continet, quidquid libuerit, scribere potest; ast amarissime eum poe-

nitebit, si vel gressum extra illos fecerit. In tali republica democratica dominium majoritatis adeo absolutum est, ut juribus civilibus renunciare, et postulatis quibusvis, homini naturaliter competentibus, in perpetuum valedicere is cogitur, qui e via per majoritatem designata aliquantulum declinare non veretur.“ — „Si quondam“ prosequitur Dnus Tocqueville „institutiones Americae borealis ever-sae fuerint, hoc tyrannico majoritatis dominio adscribendum erit, per quod nempe minor numerus in desperationem actus, physicarum virium usum facere cogetur, et sic democraticum regimen anarchiam progenerabit.“ — Auctor dein Dni Jefferson meminit, quem ut democraticorum principiorum propugnatorem acerrimum sistit, et haec ejusdem asserta adducit: „Sua opinione maximam sollicitudinem non potestas executiva, sed legislativae potestatis tyrannis necessario inculere debet.“ — „Svadeo“ — continuat D. R. Peel — „ut librum hunc legatis, et antequam socialem nostram conditio-nem cum ea, quae in America viget, permutandi animus sit, maturi judicii Americae viros consulatis. Dantur adhuc aliae etiam vitae deliciae prae-ter vili pretii ephemeredes. Expendatis mores cae-terasque correlationes, sensa item religiosa in America foederata; comparete haec omnia cum flo-rente apud nos civilisatione et cultura, neque vos sinatis artificiosis sophismatibus ad conversionem talem suscipiendam seduci. Nolite credere simile quid transplantari, diversisque artificiosis mediis alibi etiam figi et durabile reddi posse. Erumpen-

tes primi populi affectus totum aedificium proster-
nerent, et tristis profecto illa nobis esset consola-
tio, eos, qui mutationes has svadebant, ipsos quip-
pe architectos, primas verisimiliter ruinae victimas
futuros fuisse. Etsi democratiam modernae nostrae
mixtae regiminis formae praeferre non vultis, jura
Procerum haereditaria sufferre neuliquam potestis.
Quod si idmodi rursum, contra haereditaria Opti-
matum jura adduci argumenta audivero: „nec sar-
tores aut asciantur dari haereditarios, et ideo nec
Proceres dari debere“, si in gratiam hujusmodi
argumentorum Curia superior sufferri postuletur,
quaero euidem tunc, quamdiu adhuc argumenta
pro monarchia haereditaria quidquam
valitura sint? A quo Lord J. Russell supra memo-
ratam constitutionis nostrae laudem enunciaverat,
omnes recentiores reformationes susceptae sunt.
Et si omnibus his mutationibus non totidem simul
emendationes subsecutae sunt, hoc ipsum novum
praebeat argumentum, oportet, quantopere neces-
sarium sit, bene retti prius perpendere, antequam
organicis conversionibus manus admovereatur. Te-
stimonio potius Dni J. Russell omni cum candore
deprompto fidem adhibeamus, et patriae nostrae fideles
perseveremus. — Nunquam animum despondi, dum
pro salute M. Britanniae decertandum mihi fuit. Per-
bene quippe novi, venturum esse tempus, post-
quam primus ebrietatis aestus sedatus fuerit, —
quae naturalis magnarum mutationum effectus esse
solet — vidi inquam, illud proxime adsulturum
tempus, quo Anglia vetus atque Scotia ad tuendas

institutiones suas humeros juncturae sint. Si tum haud abjeci animum, annon certissima nunc fiducia sperare mihi licet, pro defendenda constitutione nos omnes unitis viribus circa eam aciem formaturos? Motus, qui magnis mutationibus progigni solent, jamjam remittunt, influxus, quem intercidentes exterorum regnorum eventus ad nostra negotia pervellendo exerebant, sensim desinere incipit, — splendidae illusiones „gloriosorum dierum“ (glorious days) coram sobriis ac liberis oculis nostris evanescunt. Sensa studiaque populi ad avita instituta, sub quibus majores nostri vitam felicem agebant, revertuntur. Eadem proprietatum sanctimonia, idem in vetustas majorum institutiones amor animos rursum pervaadunt. Ita sane ex hoc ipso oeco spiritus diffundetur, perennaturus, dum hoc aedificium pridem jam in nihilum considerit; perennabit profecto, et, retenta hodierni diei memoria, per universum propagabitur regnum, timidis ac imbecillis animos additurus, et desperantes de salute ad meliora erecturus; consensus hic viribus ac fortitudine sua gloriari non tamen iis abuti meminerit, nos serio admonens, ne votorum obliviscamus, quae iniquioribus temporibus nuncupavimus, sed potius sponzionibus adamussim satisfaciamus, quibus inter adversas rerum vicissitudines nos obligavimus; idem ille salutaris genius nostra corroboret voluntatem, gravamina suffrendi, et, ubi id freri potest, emendandi, cum tamen una in consiliis nostris constantem animum comprobatur simus, — qui optimus est nationum

clypeus — orbi terraquo demonstrantes avitas nostras institutiones impetus quosvis sustinendo esse. His institutionibus salvis, aequo forti animo iisdem insistens, Rex Britannorum gloriabitur, gloriabitur et Optimatibus regni, qui throno proximi, origine secum coëvi, locupletes a depraedationibus et pauperes ab oppressionibus tutos praestant. Ludicra revolutionarii praestigii vexilla super venerandarum institutionum nostrarum ruinis nullo unquam tempore agitabuntur. Classicum illud vexillum, quod per mille annos pugnarum marisque tempestatum furores gloriose sustinuit, deinceps quoque gloriam nostram constituet. Fides, ad quam sartam tectamque conservandam omnes tres constitutionalis potestatis rami semet obstrinxerunt, quam propugnandam reges jurejurando sanxerunt, Fides illa aequo ac Monarchia, Curiaque Procerum — magni nationalis pacti resultata — inconcussa in aevum florebunt, ad salutarem libertatem, puraque cognitiones diffundendas, et figendas in mentibus, animisque nec non amore protestantici populi firmiores in perpetuum radices.“ Ingens diuque continuatus adplausus orationem hanc exceptit.

v. *

Quid Hiberni Anglis.

Comitialis Ablegatus in Anglia D. T. W. Beaumont, qui nuper generalem in Hibernia associationem inviserat, suis Committentibus in australi Northumberland scripsit: hibernicos catholicos

pulchros esse masculos, nobili cum sensu honoris; et magno legislationi britannicae esse opprobrio, quod hos Paddy (proprie Patrick, cognomenclatio Hibernorum a regni Patrono) tamquam subordinata entia consideret.

v. *

Brassica monstrum.

In publicis paginis multum nuper de quodam colossali Brassicae fruticeae vel arboreae genere actum, quod in Anglia cultum, etiam alibi colendum commendabatur, Paginae Francosurtenses narrant tandem historiam hujus colossalis brassicae: „Anglus quidam adpellit Parisios, et in omnes paginas publicas (solutis pro quovis insertorum ordine 1 fr.) descriptionem colossalis brassicae fruticosae e Noya Seelandia inseri curat. Brassica haec arborea est ingens, incomparabilis Brassica, in cuius umbra integra familia prandere possit. In adumbratione ejus nihil est neglectum; oeconomi rurales in admirationem rapiuntur, sciscitantur, concuruant, quibus inter primos esse contendit, qui e semine colossalis hujus brassicae, quam nemo unquam viderat, vixque unquam visurus est, emere possit. Anglus semina sua divendit, et locuples domum revertitur. Post discessum ejus brassica germinat, plantae crescunt; quanta admiratio! revera brassica est, nullum restat dubium; ast brassica, qualis nostra vulgaris est, brassica oleracea, illo solo cum discrimine, quod semen ejus loco aliquot li-

ard (parva moneta gallica = 1/4 xr. c. m.) uno aureo Ludovici emtum sit, caeterum identitas plena. Num primum — licet aliquantulum tarde — mentem subiit, colossalem illam brassicam arboream a nemine adhuc esse visam. Anglus solertiae singularis curam operamque adhibuit, ut annunciations in publicis paginis vulgentur, utque sufficientem e semine vulgaris brassicae quantitatem praesto habeat; pro his omnibus 2 aut 3 Ludovici aureos expendit, et 30.000 fr. secum accepit.

v. *

Pugna singularis inter : et ;

Parisiis nuper singularis pugna inter duos Jurisperitos Professores ideo inita est, quod in quodam Pandectarum loco alter teste Triboniano colon, alter semicolon ponendum adfirmaret. Ensisbus decertatum, et is, qui semicolon propugnabat, leve in brachio vulnus accepit, et sic colon triumphum tulit.

v. *

Magno veniens donum.

Obeliscus Luxoriensis (ad Thebarum rudera spectans) a Prorege Aegypti Mehemed Ali — uti notum est — Regi Gallorum dono datus, donec Parisios devectus et ibidem erectus fuisse, 2 millions fr. constitisse dicitur.

v. *

Auctum Ferri pretium.

Novissimis operibus ferreorum viae stratorum machinis item vaporariis quantopere ferri pretium auctum sit, patet inde, quod in Anglia ab Augusto 1835 usque Junium 1836 pretium ferri plus quam in duplum increverit; priori enim tempore tonna ferri 5. lib. st. et 10 schil. emta est, hoc autem tempore 12 lib. st. solvitur,

*

Bibliotheca Caesarea Petropoli.

Bibliotheca caesarea Petropoli operum orientalium ditissima, caeterum ordine inter Europaeas tertia, nunc jam lectoribus publice patet. Dicitur 396.155 (?) tomos typis procusos et 16.914 manuscriptorum continere. In literatura Asiae mediae locupletissima est; nam non solum omnia olim Baronis Schilling opera possidet, sed praeterea 43 mongolica et thibetana, Peckini collecta, nec non 78 manuscripta Colonelli Stuart, quae ad praecipuam Literaturae Sanscriticae partem referuntur, complectitur.“

v. * e Z.

Funes e filis et nervis Aloës.

Inde ab aliquot annis in Belgio magna copia funium ex Aloë paratur. Praecipua horum praecellentia consistit in majori tenacitate, et in resinoosa substantia, quae obductionem resinosaem seu

macerationem in oleo superfluam reddit, laevis ejus et aequabilis superficies minorem, quam in fune canabino, affrictum admittit, levitate autem non tantum pretii parsimoniam generat, sed ipse funis, praecipue in re nautica, atque in fodinis facilis tractari et manuteneri potest; illud praeterea commodi habet, quod humoribus et aquae plurimum resistat. Fila, e quibus funes hi siunt, obtinentur e foliis plantarum Aloë et Agave, quarum filamenta ab aliquo tempore in Anglia sub nomine „Canabes Manillae“ commercium ingressa sunt. Institutis experimentis evictum est, funes ex Aloë pari filamentorum numero ac genere quater majore tenacitate pollere, quam canabinos. Alia experientia, in machinis, ubi funes circum cylindros et rotas aguntur paribus diametris decies majorem durabilitatem demonstrarunt, quam funibus canabinis propria sit; quo plurimum confert minor rigiditas. Funiculi ex aloë pro ligandis equis in stabulis etc., ubi perpetuus motus et adfrictus adest, eximium usum praestant. Hume facti nihil e tenacitate amittunt, ubi tamen funes madidi e canabinis unam tertiam firmitatis et cohaesionis perdunt. Si funes ex aloë in aquam ponantur tantum 1 % contrahuntur, canabini autem in aqua novem centesimis (9 %) breviores fiunt,

v. *

Archi Episcopus Dublinensis ad omnes Episcopos catholicae Ecclesiae in Hibernia circulares dimisit, in quibus opinionem eorum expedit: an e

praescriptis disciplinae Ecclesiae catholicae licitum sit coram conventu ex abrupto , i. e. extemporaneas , subitas preces recitare ?

Polgárisodás' állapotja Sidneyben.

Félszázad előtt azon föld, melly most New-South-Wales (Új-Déli-Vélsz) nevet visel, roppant 's áthatatlan erdőséggel volt fedve, vadállatoktól lakva, mellyek' formáit 's fajait a' világ nem ismerte; 's köztök kevés számú emberi lény bolyongott, melly az elkorcsosulás' legalacsonyabb fokán állott. 1788, febr. 7. egy angol tiszt, Philips, szállt ki a' southwalesi partra, a' Sidney-öblöt választá egy gyarmat' kormánya' székéül, 's annak főhelyét alapítá, melly jelenleg, azaz negyvenkilenc rövid év után, egy gazdag, virágzó, népes város, az europai nagy városok' minden segédeszközeivel 's kényelmeivel kinálkozó, 's középpontja, egy, városokkal, falvakkal 's majorokkal behintett tartománynak, mellynek fölle elégséges a' gyarmat' minden szükségei' fedezésére. Gyorsszekerek járják azt által minden irányai szerint; sőt Sidney saját városi postával is bír, mint London és Párizs. Hat újság jelenik meg New-South-Wales' különféle városaiban: egy, melly hetenként háromszor jő ki „Sidney Gazette and New-South-Advertiser; kettő, melly kétszer: Sidney Monitor és Sidney Herald; végre három heti lap: Australia, Hill's Life in New-South-Wales, és Currency Lad. Min-

dig levén kereskedő 's egyéb útazók, a' gyorsko-
csik minden teliek. A' főváros' útczáiban, bizo-
nyos nekik kiszabott helyeken, bérkocsikat lelsz.
Sidney és Newcastle között két gőzhajó folytatja
rendes útját, Sidney és Paramatta közt egy. Van-
nak alsó és felső iskolák, többi közt az úgy neve-
zett australiai 's a' sidney collegium. Paramattá-
ban csillagásztorony. Egy kertész társaság, több
löverseny-egyesület, mint Angliában; a' játékszín,
takarék-pénztár 's egyéb intézetek a' tökéletesség-
hez közelitnek. A' gyarmat' bevétele 1826 - ban
 72.220 font volt (722.200 ft. conv. p.), 1831-ben
már 121.065 font ($1.210.650$ ft.). 1833-ra a' budget
 110.242 fontra ($1.102.420$ ftra) volt téve.

Ezen adatok az 1833-ra szólott new-south-wa-
lesi kalendáriomból vétettek, melly n. 12rétkben
422 lapot tölt be. Találtatnak benne a' többi közt
Sidney városa' alapképe, a' Mont Viebonn felé
tervezett mesterséges út' két rajza: a' gyarmat' tör-
téneteinek vázlata; a' Sidney' déli szélességére szá-
molt kalendáriom, több marine-tabella, több ten-
germelléki szállópart' leírása, egy útmutató, 's az
útakon és ösvényeken mutatkozó minden figyelem-
re méltó tárgyak' jegyzéke; továbbá különféle kor-
mányi szabályokat, a' számüzötteket, az ország'
felosztását, révpartokat, postákat, bírósági költ-
ségeket illetők, a' gyarmat' jövedelmei', a' hatóságok'
's egyéb tiszviselők' 's minden nyilványos in-
tézetek' jegyzéke. A' gyarmat' előkelőbb lakói'
névkönyve hárromezer névnél többet foglal ma-
gában.

A.

Pest: Hazafinak nem lehet nem örvendenie, midön a' hazai nyelv terjedésének napról napra nagyobb és számosb jeleit szemléli még azon tesztületeknél is, hol az csak a' későbbi nemzedéktül vala remélhető. Jeles példáját adá ennek a' pesti görög-oláh község f. h. 5-én tartatott gyűlésében, hol a' városi biztos Havas József tanácsnok ur javaslatára, 's e' tekintetben tartott beszédjére, elhatározatott, hogy ezután a' köztanácskozási jegyzőkönyv, melly régente görögül, később pedig németül vitetelt, magyar nemzeti nyelven szerkesztessék; 's mivel kénytétés hasonló esetekben csak nyakasb ellenszegülést szül, 's így célszerű nem igen lehet, hogy e' részben minden egyes tag akaratját szabadon kinyilatkoztathassa, a' tisztelt elnök biztos a' tárgyat szavazásra bocsátotta, mellynek sikere az lett, hogy a' német nyelvre öten, a' magyarra pedig harminczan szavaztak. A' hazai nyelvnek illy fényes pártolása 's diadalma a' lelkesb tagokat kitűnő örömmel tölté el; Gozsdu Emmanuel pedig a' községnek tagja 's ügyésze (ki 1826-ban sz. kir. Pest városa törvényszéke előtt első kezde magyar nyelven ügyeket folytatni) látván keblében rágóta táplált ohajtását sikerülve, örömtől elragadatva, azon szerencsét kérte ki magának a' községtől, hogy e' gyűlésnek jegyzőkönyvét, mint hazai nyelven elsőt, ő szerkeszthesse, 's hogy e' nagy fontosságú oklevél alá nevét, mint helyettes jegyző irhassa. Milly óriás lépésekkel haladna elő, kedves hazánk, 's nyelvünk virágzá-

sa, ha ezen derék község jeles példáját minden más idegen ajkú polgártársink is követnék! —

J.

Proposita Quaestio Academica cum praemio.

Academia moralium ac politicarum scientiarum (Parisiis) nuper has olympicas adnexo praemio quæstiones proposuit; Critica disquisitio in Philosophiam Germanicam. 1) Praecipua systemata, quae inde a Kant inclusive ad hodiernam usque aetatem procura sunt uberiore analysi sistantur, ubi in primis systematis Kantiani velut fundamenti ceterorum ratio habenda. 2) Philosophia haec dijudicanda et elucubratio principiorum, quibus eadem innitiuntur, danda; praeterea commentarius de diversis methodis, quarum ea usum facit, et de resultatis, quae obtinet conficiendus; disquisitio item adornanda errorum ac veritatum, quæ in se complectitur; demum quid de progressivo philosophiae in Germania motu sub hac aut alia forma subsistere possit. Praemium pro optimo de his argumentis opere 1500 fr. propositum est. Dissertationes autem hæ gallica vel latina lingva scribi possunt. Terminus concursus dies 31. Dec. 1838 defixus, inomisse observandus. Opera Secretariatui Academiae a portorio libera submitti debent. (Nulli dubitamus etiam inter Lectores nostros dari complures, qui in hanc arenam literariam descendere parati sint.)

v. *

Literaria Annuntiatio.

Methodus, qua adolescens Musarum graecarum studiosus Conjugationem verbi graeci generis activi et medio-passivi imprimis Slavus suam esse edoctus intra paucas horas e fundamento condiscit, i.e. Matris slavicae filia erudita, vulgo lingva Graeca seu GRAMMATICA cunctarum slavicarum et graecarum dialectorum etc. Auctore Gregorio Dankowsky, literarum graecarum in R. Academia Posoniensi professore. — Liber secundus. Conjugatio prima generis medio-passivi slavo-graeca, praemissa conjugatione generis activi vulgaribus grammaticis graecis accommodata. Posonii 1837. Apud Ign. Ad. Schaiba.

Excellentissimo ac Illustrissimo Domino
JOSEPHO VURUM,
 Episcopo Nitriensi I. Ord. S. Stephani Regis
 Apostolici Commendatori, S. C. et R. A. Majestatis
 Actuali Intimo Status Consiliario Domino
 Gratiosissimo D. D. D.
 de votus Auctor.

Prima linea slavicum, secunda graecum exhibet textum latinis literis exscriptum.

Táhny na hori Nitranské, Mówa a) má!
 Tány na ori Nitranská, Móa má!
 Wjtaj, klonjso tomu, ho tijusi weliki takai b)
 mali,
 Wjtaje, klonjso tohomu, hon tijusi weliki tekai
 amali,

Josefa potstniho widútsa, ow ti peycha jesti.
 Josefa potnion widúsa, ow ti peycha jesti.
 Jého oko to wjadro c) na nebesi.
 Jého okos to wjadron na newesi.
 Jého 'retši jest' jadro.
 Jého 'resi jest' jadron.
 Ow widj dál wjedóts ta poista
 Ow widj tál wjedós ta pista.
 Orwani Josefa menujusi Atta! d)
 Orwani Josefa menujusi Atta!
 Nitra, ti jest' wjedomno, páje de e) te Vurum
 Nitra, ti jest' wjedomenon, páje de te Vurum.
 'Zijeto Josef este dolihio! f)
 'Zito Josef este dolihon!

Prima linea slavicum, secunda graecum exhibet textum graecis literis exscriptum.

Τάννυ' νὰ ὅρη Νιτρανσκέ, Μῶα μά !
 Τάννυ' νὰ ὅρη Νιτρανσκά, Μῶα μά !
 φοίται, κλόνησο τῷμις, ὁ τστίσσι ἡλίκοι τα
 καὶ ἀμαλοί,
 φοίταιε, κλόνησο τῷ δμῆ, ὃν τίθσι ἡλίκοι τα
 καὶ ἀμαλοί,
 Ιω σῆφα πότστνιδ ἵδετσα, δ τοὺ πενχά ἐστιε.
 Ιω σῆφα πότνιον ἵδεσα, δ τοὺ πενχά ἐστιε
 εῖο ὅκο τὸ φαιδρὸ νὰ νέβεσι.
 εῖο ὅκος τὸ φαιδρὸν νὰ νέφεσι.
 εῖο ρήτσει ἐστ ἀδρό.
 εῖο ρήσει ἐστ ἀδρόν.
 δ ՚δη δᾶλ εἰδώτς τά ποιστά.
 δ ՚δη τᾶλ εἰδὼς τά πιστά.

ὅρφανοὶ Ιωσῆφα μηνύσσοι "Αττα !
ὅρφανοὶ Ιωσῆφα μηνύσσοι "Αττα !
Νίτρα τοὶ ἐστ' εἰδόμνο, πάει δὲ τὲ Φάραμ.
Νίτρα τοὶ ἐστ' εἰδόμενον, πάει δὲ τὲ Φάραμ.
“Ζηήτω Ιωσῆφ ἐστε δολικό !
Ζηήτω Ιωσῆφ ἐστε δολικόν !

a) Mówa Polonis est Slovacorum Mluwa. Graecis Doricis est Mða, Mða, quod Graecis Atticis Musa, Mðsa. Rei naturae convenit, ut locutio, quod Mówa denotat, qua homo imprimis a brutis distinguitur, culturae symbolum constitueretur. b) takai est croaticum, inde Bohemicum taki. c) wjadro polonicum illyrico wédro serenum denotanti respondet. d) Atta est carniolicum. e) de Vendis est idem quod Slovaceis že. f) dolího Serbo-Vendi pro bohemico dlauho, slovacico dlúho adhibent.

Versio verbalis.

Tende ad montes Nitriensis, Musa mea!
Saluta, inclina te huic, quem honorant magnique et
parvi,
Josephum honestum videns. Is tibi superbiae est.
Eius oculus est serenitas in nubibus.
Eius sermoni est nucleus.
Is procul videt, peritus fidei dignorum.
Expilati Josephum nominant Pater!
Nitra tibi est notum, alit quod Te Vurum.
Vivat Josephus adhuc diu!

Solutio Logographi in Nro 15.:

F u n d a - U n d a.

Libertas Liberalismi.

Saepius jam demonstratum est Liberalismum et Despotismum in realibus ac practicis suis consecutiis plene convenire. Neque vero fortuita est haec convenientia, sed necessaria, quoniam ambo arbitrium humanum, — hic unius solius, ille multitudinis — juri, quod divinis innititur praceptis, inque historia seu eventu rerum continuo seruet explicat, substituere non verentur. Necessarium esse existimamus, frequentius ad hujusmodi phoenomena reflectendo, ea quanto evidenter obtutui sistere, ut crebra hoc tempore politicarum idearum confusio, quae veram, in jure fundatam, libertatem cum liberalismo, et extra humanum arbitrium positam Superiorum auctoritatem ac potestatem cum despotismo permutare solet, tandem accensa veritatis face tollatur.

Exempla nunc in hanc rem e libera America et per liberales Ministros gubernata Anglia desumimus:

1) *Libertas preli*, ut cuique notum est, ad liberalis Civitatis ideale pertinet; quin imo pro conditione, sine qua non, habetur, suppressio autem vel tantum circumscriptio ejusdem, pro actu despotismi jura hominis violante proclamatur. Audiamus interim novum quemdam Auctorem de statu libertatis preli in normali Libertatum Civitate.

„In America“, ait Tocqueville — postquam effrenatam lubidinem et absolutum Despotismum, quem major electionis jure gaudentium numerus in

minorem exercet, exposuisset — „Majoritas terriblem circa cogitandi libertatem describit circulum. Intra hunc orbem, quidquid libuerit, scribere licet, at vae illi, qui eum transgressus fuerit. Non quidem rogus (Auto da fe) eum excipit, sed infinitae omnis generis contumeliae exspectant, et talis quotidie novis persecutionibus expositum se videt. Politicus curriculus eidem in perpetuum obstructus, quamprimum potentem illam factionem offendere, quae sola ad munera viam patefaciendi potestate gaudet. Quaevis resarcienda hujus jacturae, ipsa adeo obtainendae celebritatis ratio ei denegatur. Antequam opinionem suam publice notam reddebet, amicos et asseclas se habere putabat, ast postquam se enunciaverit, ab impotentis animi adversariis publice condemnatur, dum interim ab amicis, nimium cautis, deseritur. Tandem cedere cogitur, et quotidiana contentione, cui semet subdividerat, fessus, obmutescit, ac si conscientiae remorsibus ac poenitentia — se locutum fuisse — divexaretur. — — Non audimus quidem hodie Despotas inclamare: „cogita et age ut ego, aut morere“ eorum altamen loco tyrannica pluralitas sic loquitur: „licet quidem tibi aliter, quam nos, „cogitare, et vitam retinere, ast deinceps inter tuos concives peregrinus habeberis, civilia jura retinebis, at nullum eorum usum capere poteris; si „enim suffragia concivium sollicitaveris, repulsam „patieris, et dum aestimationem tibi procurare adlaborabis, contemptum experieris. Inter homines „vives, eorum tamen juribus carebis. Te proximi

„tui, velut animal quoddam impurum vitabunt, nec
 „illi quidem minus, qui innocentiam tuam plene ex-
 „ploratam habent, metu ne ipsi quoque e humano
 „arceantur consortio. Abi in pace! donata tibi est
 „vita, quae tamen pro te morte ipsa miserior est.“
 Dominans haec majoritas jocari secum haud sinit,
 minima objectione offenditur, et lenissimum ver-
 bum iram ejus provocat; laudari semper cupit, et
 Americanus ab extraneis duntaxat veritates quan-
 doque audit. Ratio, cur America celebrioribus
 scriptoribus destituatur, est evidens. Ibi scilicet
 magna auctorum ingenia florent, ubi opinionum
 adest libertas, atqui libertas opinionum ex Amer-
 ica exulat.“

Liberalismus itaque libertatem preli oprimit. (Plura et clarissima in hanc rem exempla in ipsa Europa inveniri possunt: plerumque enim ubi fa-
 ma libertatis ampla, libertas ipsa perangusta est,
 et ea quoque in genere atrocissimis ultionibus ad
 homogeneas opiniones restricta. Quemadmodum
 enim ad hoc, ut vetus ordo subverti possit, libe-
 rales omnem obicem amovendi causa plenam op-
 nionum libertatem adstruunt, ita, scopo potiti, ad-
 versam sibi opinionem tanto studio suppressare,
 neve animos facti poenitentia subeat, tanta dili-
 gentia omnia praecavere adlaborant, ut ne proto-
 parentes quidem nostri, post lapsum a reditu in
 Paradisum severius prohibiti fuerint, quam liber-
 tatis vertigine seducti post defectionem a deserendis
 liberalismi signis, regressuque ad saniora arceri et
 cohiberi solent.)

2) Alterum exemplum decebit, quem ad modum liberalismus in regno, in quo hucusque jus et libertas viguit, nunc liberalismus bonaparteum Politiae despotismum induceré contendat: — In novissimis comitiis liberales reformationum in Anglia Ministri politiae legem in Hibernia exasperandam rogarunt. (The Irish Constabulary Bill), quamvis constanter adfirmarent, sub benigno suo et justo regimine Hiberniam, per Ministrorum Tory praeposteram agendi rationem concitatam, plene pacatam esse. Liberali hac lege Locumtenenti Hiberniae potestas danda petebatur: Generalem Inspectorem politiae Hibernicae, duos Subinspectores, 42 Comitatum Inspectores, unum Quaestorem, Praefectum lictorum (adparitorum: Constables) Principem eorundem, Suboficialem adparitorum etc. creandi, prout quippe necessarium putaverit. Omnes hi a Locumtenente R. stipendia recepturi essent, ut sic propria auctoritate exercitum, dum libuerit, sibi conflare, et regnum pro arbitrio gubernare valeat. His non contenti, Ministri contra solennia ac fundamentalia originalis Constitutionis britannicae praescripta, imo contra quaevis aliorum etiam regnum, in quibus adhuc jus et justitia viget, constitutionalia praexcepta illam quoque fecerant propositionem, ut apparitores tribunalium regiorum potestati subtrahantur, et solidi Generali-Inspectori politiae subjiciantur. Hac ratione sententiae venerandorum tribunalium uno calami ductu, si eae Generali-Inspectori displicerent, in nihilum reciderent. Regni Byzantini,

et militaris Despotismi Napoleonis historia nihil huic Ministerorum liberalium in libera Anglia rogationi, pacatam, ut ferebatur, Hiberniam concer- nenti, simile quid exhibendo est; quantum vero excitaturi fuissent clamorem factionis Whig asse- clae, si Pitt 1798, dum in Hibernia furor seditionis publice grassaretur, ejusmodi rogationem in medi- um proferre ausus fuisset? — Interim felici pro vera Angliae libertate eventu haereditarii, neque adhuc reddendis rationibus summae potestatis populo sub- jecti Proceres, liberalismo huic resistebant; et 42 Comitatuum Inspectores ad 4 provinciales reduxerunt, statueruntque, ut ad propositionem duntaxat Comitatensis Jurisdictionis Locum tenens R. in se- creto consilio localis politiae adparitorum numerum augendum praecipere possit. Ad §.phum vero ro- gationis, qui contra potestatem tribunalium direc- tus fuit, longe major Procerum numerus cum in- dignatione exclamavit: „nolumus leges Angliae mu- tari“, et sic veneranda haec juris propugnacula in plena sua etiam in lictores et adparitores politiae auctoritate conservata sunt. Hac ratione solent li- berales Ministri libertatem personalem promovere, Aristocratae autem, quos ignaros et obscuritatis a- mantes calumniari placet, eandem supprimere! —

Lector, qui serio haec expendit, consectaria in ambabus expositionibus eluentia, pro fortuitis habere nequit; quin imo, persvasum tenebit, ve- ram libertatem ibi tantum locum habere posse, ubi jus constans in pleno suo vigore floret; ibi vero jus vigere haud posse, ubi turbae populi, velut De-

spotae inconstantissimo, levissimo, ferocissimo, arbitrio indulgentissimo, et amentissimo monstrorum jus omnipotens conceditur, quod super omnia jura dominetur. Una mox perspiciet, liberalismum, postquam summa potestate potitus fuerit, eam mediis duntaxat juri exitialibus, liberalibus item simulationibus ac mendaciis retinendo esse; et si imaginem hanc consummare velit, revocet sibi in memoriam: sub ferreo Napoleonis sceptro Commissionem Senatus extitisse conservandae preli libertatis causa, et aliam personalis libertatis tuerendae gratia! et tamen despoticō-liberali hoc iudicio non obstante, in quo unquam germanico-europaeo regno alterutra harum libertatum fuit adeo oppressa, et divexata, sicut sub gloriose hoc revolutionis gallicae gnato?

v. * e B. W.

De nominibus Christiano convenientibus, hocque in Baptismo imponendis,

Apud Romanos ethnicos teste Macrobo (Saturnal. L. I. c. 16.) nono a nativitate die maribus, octavo soeminiis nomina imponebantur; iisque dies ob infantium lustrationem lustrici dicebantur. Eos tamen in diem trigesimum ab Antonino Imperatore fuisse mutatos insinuat Capitolinus (in ej. vita c. 9.) Franci veteres pariter nono die natis suis dabant nomina, ut e quadam lege Salica (5. tit. 26.) colligitur. Graeci iuxta Hesichium decimum, iuxta

Aristotelem septimum a partu diem nominum impositioni dicarunt. Fieri potuit, ut quum institutum fixo die nomina natis imponendi apud ethnicos longe lateque fluenter, istud ab eis permanaret in Christi civitatem, in qua Graecorum Euchologium octavum a nativitate praescibit (v. Jos. Aloys. Asseman, cod. lit. T. I. c. 2. sect. 3. Simeon, Thesal. L. d. Sacram.); quamquam apud Moscovitas teste L. B. Herbenstein ipso natali Sacerdos nomen imponat. In patria certe nostra, qui graecanicis moribus vivunt, octo dies non expectant, sed cum Baptismo nomen imponunt.

Veteres Christianos liberis suis Apostolorum vel Martyrum nomina non raro tribuisse constat ex Eusebio (H. E. L. VII. c. 25.), Theodoreto (Ser. 8. de graec. affect. curat.), Nicephoro (H. E. L. VI. cap. 22.) S. Joannes Chrysostomus in Homil. Encomiast, in S. Meletium Antioch. (T. II. edit. Montfauc.) ait: Solent amantes eorum, quos amant, vel nuda complecti nomina, et incalescere ad ipsas appellaciones, quod vobis quoque in hoc beato (Meletio) usuvenit. Nam cum eum ab initio in civitatem ingressum exceptissetis, unusquisque filium suum ejus nomine appellabat, per appellationem existimans unusquisque in domum suam sanctum introducere; missisque patribus avis et proavis matres beati Meletii nomen imponebant liberis, quos pererant. Naturam enim vincebat a-

mor pietatis, et deinceps, qui nasce-
 bantur non naturali solum benevolen-
 tia, sed etiam affectu erga illam appelle-
 nationem erant cari parentibus. Non
 deerant tamen, qui a ratione temporis, quo sobo-
 lem suscepserant, imponendum nomen mutuave-
 runt; ita videtur nomen Paschasii, aut Epi-
 phanii pueris datum, quod in Paschate, vel E-
 piphania lucem aspexissent. Sed praeterea ab a-
 nimalibus etiam Ursi, Leonis, Lupi, Aseli-
 li, Bubalii, Pecorii; item animae propri-
 etatibus: Innocentiae, Eusebiae, Fidei,
 Spei, Charitatis, Felicitatis; denique no-
 stris ad Deum seu relationibus, seu officiis. Quod
 vult Deus, Deus dedit, Deo gratias,
 Habet Deum etc. appellations pariter acceptas
 fuisse antiqui lapides, et ecclesiasticae tabulae te-
 stantur. Erant, qui a Deorum nominibus, vel
 quae celebriores gentiles habebant, non ahorre-
 rent; inde sunt etiam apud Christianos usitata,
 Herculis, Bachi, Apollonii, Saturnini,
 item Hannibalis, Apuleji, Pompeji, Vir-
 gilii, Julii, Augusti nomina (Murat. novi
 thesauri T. I. p. 376 et 387). Porro aliqui sua no-
 mina, quibus nuncupabantur gentilismo dediti,
 etiam christiana sacra amplexi retinuerunt, uti:
 Titus, Flavius, Clemens, nobis cum prae-
 dicato Alexandrini notissimus, vel Constan-
 tinus Imperator. Alii autem vetusta cum novis
 in Baptismo permutarunt. Sic Atticus Episco-
 pus Theodosii junioris coniugem Athenaeidem Eu-

dociam dicit (Socrat. L. VIII. c. 21.). Plura de his vide sis apud Martine (de antiqu. Eccl. rit. L. I. art. 10).

Nunc in occidente generalis mos est, ut in Baptismo sancti alicuius nomen imponatur, quem urgente etiam Catechismo Romano (de Bapt. c. 2.) omnino servari decet, ut ipsa nominis similitudine homines ad cultum et invocationem Sanctorum, implorandum eorum patrocinium, et virtutum aemulationem, denique reflectendos in communionem Sanctorum, quae fidei articulus est, animos admoneantur. Qui haec non curant, et adhuc Hannibalis, Pompeji, Arpadi, Toxi, Florae, Dianae nominibus delectantur, illud saltem considerare deberent, quam parum congruant tam profanae appellations Religionis Christianae sanctitati.

Reprehendit Thiersius (Traité des superstitions T. 2. ch. 13.) etiam illos, qui filias suas Michaëlas, Gabriëlas, Raphaëlas, Seraphinas, Thominas, Josephas, Carolinas etc. vocari volunt, neque enim Sanctae his nominibus notae sunt. Similiter reprehendendae sunt, quae se Antonias non a Virgine S. Antonia, vel Franciscas non a S. Francisca vidua Romana, sed a S. Antonio de Padua, aut S. Francisco Seraphico appellari malunt. Quodsi per haec nomina illae se Santos Michaëlem, Gabrielem, Raphaëlem, Antonium, Franciscum venerari profitentur, nihilominus peccant in eo, quod nomina indant sexui minime consentanea. Sicut et viri, quibus

nomina a B. Virgine, vel huius Matre Mariae vel Annae trahere placet. Etenim Rituale Bituricense a. 1606. Bellovacense a. 1637. Andegavense a. 1666. Rhemense a. 1677. Sanctorum vel Sanctorum nomina sumi jubent pro sexus diversitate.

De nominibus in veteri Testamento usitatis Concilium Burdigalense (a. 1583. Tit. 9. de Bapt.) ita decrevit: **Nomina Sanctorum Patrum veteris Testamenti affectare haereticorum est.** Quocirca Parochi serio admoneant huiusmodi nominum cupidos, quo majori gratia et lumine novum Testamentum praestat veteri, sic longe esse decentius **Sanctorum Apostolorum, et Discipulorum Christi, atque aliorum, qui eorundem sanctitatem imitati sunt, nomina infantibus imponi.** Similiter Concilium provinciale Mexicanum a. 1585. habitum monet: **Indorum Parochi infantibus in Baptismo nomina ne imponant e Testamento veteri desumpta.** Plures Constitutiones synodales in eandem rem laudat Thiersius loco citato.

* 3

Decretum Sultani de instituendis quinques per diem precibus:

Cunctis fidelibus (Muhamedanis) illam incumbere obligationem notum est, ut leges ac preepta religionis adamussim observent. Notum pari-

ter est, praeceptum de quinquies per diem insti-
tuendis precibus esse unum e fundamentalibus sa-
lutiferae religionis nostrae praeceptis, et sicut eos,
qui illud accurate adimplent in hac et alia vita bea-
tos omnino futuros, ita transgressores hic et ibi
infinitas miserias, adversaque fata perpessuros.
Hinc manifestum est malorum, uti pestis et incen-
diorum, quibus metropolis aliaeque urbes islami-
smi ab aliquo tempore afflictæ erant, causam mo-
ralem in horum et aliorum pietatis exercitiorum
neglectu, quo semet quidam cerebro carentes et in
vetitum proclives contaminarunt, quaerendam es-
se. At vero restaurator disciplinae religionis, ac
principiorum regiminis nostri benignissimus Imper-
ator, salutiferae religionis nostrae protector, inde
a quo solium gloriose condescendit, eximio religio-
sae pietatis exemplo primus omnibus praelucens,
dum ipse praescriptis orationibus publicis regulari-
ter interest, simul in aliis vel minimum religiosa-
rum obligationum neglectum damnat et redarguit.
Pio hocce animo,— quem serenissimus Sultanus in-
de a glorioso regiminis auspicio, aedificatis aut re-
stauratis plurimis Constantinopoli et in provinciis
moscheis, sacellis et oratoriis, auctis item cuncto-
rum religionis ministrorum salariis, aliquique salu-
taribus operibus contestatus est,— praecipere digna-
batur, ut omnes aulici e sua comitiva, qui animae
curatore (Iman) destituuntur, talem in domicilium
suum accipiunt, et cum eodem praescripta pietatis
exercitia peragant. Illi vero, qui ejusmodi mini-
strum intertenendo non sunt, et sic in genere o-

mnes caeteri fideles in suis domiciliis i. e. per diem in tabernis, nocte vero in cubilibus suis, dum orationum tempus indicatur, labores relinquant, et proximam moscheam aut oratorium adeant, praescriptas preces, praecipue primam et ultimam diei Veneris ibi in communi recitandi gratia. Ut vero magistratus horum et aliorum religionis praceptorum observantiae invigilare, idque curare valeant, ut moscheae, oratoria, vestes, et corpora muselmanorum, quantum fieri potest, munde serventur, id circa omnium tribuum et coetuum Praefectis mandata necessaria data sunt. Sapientibus his Serenissimi jussis convenienter quilibet muhamedanus, qui absque legali excusationis caussa, tempore orationum in platea deprehenditur, comprehensus illico examinandus erit, et si divinorum neglector inventus fuerit, Magistratui corripiendus et castigandus tradetur. Ut vero haec altissima, severam praceptorum religionis observantiam et munditiem in oratoriis custodiendam concernentia, decreta universim magis cognoscantur, et cuique notum reddatur: transgressores comprehensum et poenis congruis affectum iri, ea, in paginis publicis (21, Schewval 1252=29. Jan. a. c.) vulgantur.“

Alio Sultani decreto quinques per diem instituenda ablutio velut religiosa obligatio, et sanitati etiam quam maxime proficia injungitur.

Suprafatae paginae publ. praeterea ajunt: „Serenissimum Sultanum, exempla praecessorum imitari cupientem et ardentissimo in emolumentum religionis studio flagrantem, praecipere, ut cuncta

in ambabus sanctis civitatibus (Medina et Mecca) aedificia, quae restauratione opus habent, debite reficiantur. Idem nova et magnifica templi siparia et lampades cum aureis et argenteis catenis fabricandas curat pro dictis civitatibus destinatas. Omnes ejates Imani, s. Oratores, Muesini, et caeteri religionis ministri notabile augmentum salariorum accipient, in primis Mollae (superiores Judices; ecclesiastica dignitas) ne posthaec taxas judiciarias exigant, sed e reverentia sacris in his locis justitiam gratuito administrent. Pro domicilio Praefecti harum urbium (Scherif - Bey) magnum erigetur aedificium. In resolutione, super hoc edito, Sultanus semet appellat: „perbeatum, quod consilium hoc „„pridem jam animo conceptum, tandem effectui, „mancipare possit; verba desunt ad depromendum, „Omnipotenti gratum animum, qui impedimenta, „removens, potestatem fecerit populo suo novae, „in religionem venerationis, et ardentis sollicitudi-„„nis documentum edendi suaque pietatis obliga-„tioni satisfaciendi.“

v. * e B.

Nova-Seelandia nunc.

Naves anglicae „Aventure“ et „Beagle“ ex itinere circa orbem terraqueum sub imperio Capitanei Fitz Roy nuper reversae sunt, postquam inde a 1825 usque 1836 cursum confecissent. Praecipue litora Americae meridionalis sedulo explorarunt. Relatio, quam de Nova-Seelandia praestant,

memoria in primis digna est, in qua praeter alia haec occurunt, „Quam fertilis Novae-Seelandiae borealis regio, quamve velox characteris incolarum mutatio! Libere jam nunc et secure europaeus solus, absque omni infestatione quamvis partem borealem insulae peragrare potest, ubi ante 10 adhuc annos, si hoc tentare ausus fuisset, clavae certaeque neci semet exposuisset. Domus Anglorum et Americanorum ad sinus insulae dispersae ubique visuntur, coloniarum autem celerrime in dies crescit numerus. Hoc totum societatis missionariis in acceptis referendum. Nihil profecto potest esse jucundius, quam colonias agricolarum commodis oeconomicis aedificiis, horreis, molis fluvialibus, opificum tabernis, et amplissimis hortis in meditullio boreali provisas videre. Maxima admiratione vidi haec omnia, et quum indigenam Novae-Seelandiae conspicerem, totum conspersum farina, plenum frumento saccum bajularem, dum recte e mola prodiret, vix propriis credidi oculis.“ Itineraria haec descriptio proxime typis edetur. v. * e Z.

Magnificum Bibliorum Manuscriptum.

In America boreali ostenditur hoc tempore antiquum Manuscriptum quinque librorum Mosis, in duas columnas divisum, duorum pedum latum et sexaginta longum. Originem habet ex Europa, et ad familiam quampiam Judaicam spectabat. Familia haec bellis Napoleonis ad incitas redacta et

e regno, in quo habitaverat, emigrare coacta, Hollandiam petiit, magni pretii Manuscriptum, solum quod e fortunis restabat bonum, oppignoratum. Quod cum reluendo deinceps non esset, in manibus creditoris relinquendum fuerat, qui illud Americano cuidam vendidit. — Id praecipue in eo, praeter alia, memoriam meretur, quod totum in pelle conscriptum sit. Ex hoc respectu magna ei aetas tribui debet, quoniam aetate sua illud tempus excedere conjicitur, quo pergameneae usus pro libris fieri cepit.

v. * e Z.

Inauguratio Catholico-Ecclesiasticae Academiae Varsoviae.

Die 9. Febr. Varsoviae in ecclesia PP. Franciscanorum solennis academiae catholico-ecclesiasticae, per decretum Caesareum de 16. Octobris 1835 erectae, inauguratio peracta est. Hora 9-na mat. Rector et omnes Professores novae Academiae in solenni suo muneric ornatu ecclesiam ingressi una cum scholaribus academicis ad sinistrum aerae principalis latus loca occuparunt. Hora 10. Generales et dicasterialia regiminis membra convenabant. Simul cum his Archi-Episcopus Choromanski et paulo post Princeps Locumtenens in comitatu Generalis - Locumtenantis Golowin comparebant. Archi-Episcopus post solenne Missae sacrificium ad latus dextrum altaris majoris sedem cepit, et per Canonicum Kotowsky supramemoratum decretum praelegendum curavit. Tum adlocutione habita

scopum, gravitatem et emolumenta novi instituti exposuit, indicavitque per Maj. Imperatorem Archidiaconum dioecesis Podlachiensis, Praelatum Ossolinski, Academiae Rectorem nominatum esse. Postea sylabum Professorum neo nominatorum praelegit, et ad depromendam professionem fidei eosdem provocavit. Post hunc solennem actum Rector Ossolinski sermonem habuit, in quo gratus benignitatem Majestatis Imperatoris celebravit, quam eadem Catholicae Ecclesiae ejusque sacerdotibus erectione hujus Academiae exhibuit. Vespere Generalis - Locumtenens Golowin, velut gubernialis Commissionis in ecclesiasticis et institutionum negotiis Director, in diei hujus festivitatem lautum instituit convivium.

v. *

Pestini 20. Febr. Ill. quondam Joa. Marich, el. Eppus Scutariensis, Abbas B. M. V. de campo Strigoniensi, Cath. Eccl. Alba-Regalensis Praepositus Major et Can., Syn. Exam. Excelsae Tab. Septemvralis, S. Sedis Consist. item compl. II. Cottuum T. J. Assessor, post plurium hebdomadarum infirmitatem, aetatis anno 72, e phthisi obiit. Exuviae denati die 23-a Febr. solenni funere in cryptam cath. ecclesiae Alba-Regalensis illatae sunt. Beneficis in humum genus animus pietasque vita functum aestimatisimum reddiderunt. Requiescat in pace!

E p i g r a m m a. *De Hebraeo fure.*

Sachari et argenti sur est comprehensus Hebraeus:
Tres illum rabido mordebat ungve feroce,
Totaque conpunctum, pepulerunt, terga, sodales,
Omne tulit punctum, quia miserit utile dulci.

Ujonzás, Reform.

Fondor és Divati.

Fondor: Valami búránczolja homlokodat; min tünődői?

Divati: Szabómra boszonkodom, elrontá attilámat; a' szépvilág csúsfájává akara tenni a' bohó. Ime, ki hordoz ma már galambkosarakat? — 's minek ez a' nagy gallér, mint valamelly nyakpáis a' vágás ellen? — térdkalácsig pedig már több három hónapnál senki attilát nem visel!

F. Add szabómhoz, fogadom a' legujabb divathoz szabandja; ő nagy mestere a' reformnak, 's radical ujonzó. Pikó Árpád ölténnye nem ötlött szemedbe? való remek izletü; az ő munkája. Az óta alig győzi uracsaink hasonló rendeletüket elégítni: 's ki hinné? az egy ócska attilából kerekedett,

D. Mondhatom, ugyan páváskodik is ám benne, magam is ollyast készítetek; az ócskát meg lehet fordítani.

F. A' radical-reform-szabónak éppen ez a' főtisztje: a' fordítást, forgatást, borítást, burkolást, bontást, bonczolást, metszést, szelést, vágást, vagdalást, osztást, darabolást, toldást, foldozást egyaránt értse. A' fő dolog, hogy külső formára nézve minden uj alakba öntsön 's ujjá teremtsen.

D. Csak az, hogy, ha gyakran forgatják és szabdalják a' posztót, nem áll ki sok reformot.

F. Hiszem mi állandó e' világon? minek sem kell ma soká tartani; ne hogy megunassa magát;

a' közönséges mozgás' elve mindegyre változást kíván.

D. De mi ebből a' nyereség?

F. Kimondhatlan sok. — Ugyan is, ha ki szüntelen ujforma, 's kitűnő, korszellemű divatos öltözetben jelent meg, ezen küldisz' 's jólét' tanúsága által hirt nevet 's hódolást arat, 's mint első rendű fényes csillag ragyog 's tündöklik a' jószlet', míveltség', pallérozottság' főfokán. A' keszteseknek is mód nyújtatik uj és uj árukat szerezhetni, 's így az ipar vég nélkül növekedhetik, a' köz jólét —

D. Mind ez nem szenned kétséget; a' szabók is, kivált a' forgatási reformok által kárt nem valanak; ha mi — változtatás közben — kéznél se lejtetik, az is csak a' szabó haszna; így gyakrabbi a' rájok szorulás is.

F. Igen természetes: minél több a' munka, annál sűrűbb a' nyereség. De az olly virtuos hírt is szerez magának, 's ő a' nap' hőse! —

D. Mig egy talalmányosb virtuos merészebb operatióval 's ujabb boncztannal a' közfigyelmet magára bájolván az aranyveszszőt amannak kezeiből kiragadja; azonban ezt is a' mozgás elve kívánja így. Mai nap kiki annyit fordít a' világ' kerekén, mennyit lehet, 's ön haszna kíván. Az ugyan is igaz marad, hogy a' jó és szükséges reformokat ér.

F. Most csak a' gyávák 's az öreg mamók ragaszkodnak a' régihez. Ime szomszédunk háza egy pár év előtt — Hányka Bela' attyának éltében —

melly komor alakban áll: a' puszta sima falak, ritka ablakok, kerék kapu 'sat. Ó testamentomra mutattak; most kiki megáll a' pompás palota előtt, a' szép szobrozott kapu, az ajtónyi nagy és sűrű ablakok 'sat, önként kinálkoznak.

D. Tagadhatlan, hogy Hányka háza most csinosb, sőt ékesb tekintetű, küls eje gyönyör a' szemnek; azonban az is bizonyos, hogy könnyebb az öltönyt megfordítatni 's változtatni, mint egy házat; valamint még ennél súlyosb, 's veszedelmesb forgathatásu tárgyak is vannak! — Hányka Beláról, 's hires építőmesteréről furcsán beszélnek az emberek.

F. Jaj sok mai nap a' rágalmazó, 's mindenkinék vannak irígyei, vannak ellenségei; az ékes palota szomszédokat aláz, és soknak szálka szemében.

D. Ez is hihető; de az is igaz, hogy Bela szép örökségbe lépe alig mult három esztendeje. Attya igen vagyonos gazda volt. A' ház nem tündöklő uj alakban ugyan, de erős jó karban állott. Dicsérték alkalmas fölösztását kisebb 's nagyobb el-különzött lakokra; mindenikhez jó élés- és fakamarra, tágos padlás, világos nem füstölő konyha, jól fülő kálhák, elég világos, nem fölötte magas de téres szobák; a' házban legjobb rendtartás, tisztaság, béke 's bátorság, ügyes fölvigyázat. Ezekért tömve volt szép bért fizető lakókkal, kik ott korosodtak, sőt többnyire olt haltak el.

F. Mint a' tormába esett férgek; én pedig in-

kább laknám egy erdei kies kalibában, mint sem egy mohos ócskaizletü házban a' város közepén.

D. Belát azonban legjobb baráti is most könnyelmü secsérlőnek békelyegezik, mint hogy szükség nélkül jó házat rontott, 's erején fölül építeni kezdett; mind ezekben bizodalmát egy ujonzó építőre ruházta, ki azt meg nem érdemlé.

F. Haki dolgos kezeknek munkát, 's így a' szegénynek kenyereset ad, nem pazarló; haki maga az építéshez nem ért, szükség, hogy azt másra bizza. De mért nem is érdemlette volna még Hányka' építő mestere a' bizodalmát? — nem pompás a' ház? nem épült serényen? mintha úgy varásoltatott volna elé.

D. Ki egyedül a' munka kedveért ront, szükségre vagy legalább haszonra nem tekint, kémélve szólvan balgatag; nincs ma szűke a' hasznos és szükséges munkának. A' ki ront hogy építhessen, az nem halad, csak erejét vesztegeti. — Bela' építő mestere vágoltatik, hogy csalárd tervekkel, melyekben az építés' idejét 's költségeit kisebbítve, a' jövendői bért magasztalva adá elé, a' tapasztalatlan házurat elszédítette légyen. Alku szerínt egy nyár alatt elkelle vala készülni a' háznak, belől a' zonban maiglan minden félben van.

F. Abban is elég öröme lehet a' ház urának, a' mi kész, a' többöt lassanként kénnyére végezheti.

D. Sovány 's rövid öröm volt biz az, azért kullog úgy szegény Bela, mint ha szüntelen orra vére folyna; van is oka busongani, mivel már kevesebb az övé semminél: a' ház el van tőle bö-

csülve; sőt egy pár hitelező is kihűlve vakarja már fejét.

F. Mit mondasz? úgy — talán különben is tékozló volt ő kegye; 's ha e'képp végre kifogyván a' pénzből, az építés félbeszakadt, erről az építő mester mit sem tehet.

D. Belát nem lehet különben nagy költőnek nevezni: mindenét az építés emészti meg. A' szép jövedelem megszünt, miota a' lakosok ama radical reform által a' házból nyakrafőre kiküszöböltek, most már jórávaló nem mén az uj, de készültelen házba, 's ha oda vetemedik is, kézzel lábbal ismét kiigyekezszik.

F. Ez megfoghatlan dolog! hiszem csak nem feszkelte be oda magát kísértet?

D. Sőt mondasz valamit: az egyenlőség, a' szabadosság szelleme lepte meg az egész házat. minden közös ott. Mindenkinek kapu kulesa: éjjeli baglok, gyanus kalendorok, szerencse vadászok, ingyen élők, szemfény vesztők, koczkahősök 's egyéb illy nemü vará'smadarak tanyáznak a' palotában, hol — a' szabadság 's egyenlőség elveibe ütköző politia 's minden fölvigyázat, rendtartás, tisztaság, bátorság, 's béke szám üzve — számtalan a' lopás, rágalmazás, czivódás, veszedés; ki még ezektől nem irtózik, félti életét a' félig készült düledező falak közt, a' félig fedett 's átázott gerendák alatt.

F. E' baj! de nem állandó; a' ház eladattatik, ki azt megveszi, kiépíteti, 's így kívül belől ékes palota lesz. A' város, a' község még is nyertes:

kis ideig tartó egyesek' kellemetlenségét a' közjó-
ért el kell nézni. Akár kié marad a' ház, az minden-
egy. — 'S mind e' mellett az építőmester ártatlan.

D. Akkor is, ha álnokul a' gyáva házigazdát
jégre vitte, hogy annak kárával 's végromlásával
egyszerre boldoguljon? — ha csak azért rongált, hogy
a' zavarban halászhasson? — ha tulajdon szép csinos
háza ez idő alatt másából épült? — 's ha vasban, tég-
lában, mészben 'sat, sőt még a' napszámosokban
is alattomban osztozott? — ha éretlenül vagy gono-
szul a' jó erős régi falakat nagy kivágásokkal úgy
elgyengítette, hogy most roskadnak? ha — —

F. Barátom, tudod, hogy ma okosnak áll a' játék. Kitetszik, hogy Hányka nem értett a' do-
loghoz, kárát magának tulajdonítsa; az együgyü-
nek jutalma a' kikaczogás. Tapsoljon a' lángeszű,
ha ezzel célfát érheti,

D. Megbocsáss, de jaj a' polgári társaságnak
illy elvek mellett! ha a' csábítás szabad, 's jogot
szerez, ha kiki ön hasznát egész családok vég buk-
tával keresheti; ha azok, kik a' töryény előtt egyen-
lőséget kiábálnak, a' gyávát ezek' védelmükön kí-
tudhatják; ha a' jó rendet — csak azért, mivel az
nem mindenkinél szájize szerinti — zavarni, a' ré-
gi erős épületet megrongálni nem vétek' sőt dicső-
ség, ha bár az özszeomladozó romok sévilágot
temessenek is el, a' másik felet századokig nyug-
talanságba 's háborgásba döntvén!! — Fájdalom!
hogy erre ingerlő példákat itt-ott láthatni: hol il-
lyes álnok ujonzók nem a' köz boldogságot — mel-
lyet ugyan czégérül kitüzve szüntelen fitogtatnak,

rá azonban keveset ügyelnek — hanem tulajdon külön célfoglalatot elértek, 's csuda szerencséjöket ezer áriatlanok' vesztén fölépítvén, hogy azt megoltalmazhassák, 's a' megfosztottakat valamennyire lecsilapíthassák, ezek számára kárpolitásul a' közadót miliardokkal szaporítani, sőt ha még ez sem elég, új és új dúlásokra, 's fölforgatásokra készsegüket bebizonyítani soha nem íszonyodnak! — —

F. Csak szorúlt szív, nyügös elme, és szolgalelek tántarodhatik el a' hős pályáról. Az ember nem' eiidegeníthetlen örökök és szent jogai, a' föllengős szabadság' 's — mig fülsőbbek vannak — az egyenlőség' bájos képzetei, a' minden bilincseket lerázó 's mindenható korszellel, a' határtalan vágy, és sebes haladás' kecsei a' szabad elmét örökre meghódítják 's a' szenvedelmek' szárnyain 's tellyes vitorlákkal megállíthatlanul előbre ragadják.

D. Illinyen nyaktörő szabadság 's haladás' pályájan Isten veled! —



De lingua in cultu divino publico Ecclesiae adhibenda,

Apostolos, et qui per plura secula in horum gradum succedebat, rem divinam sermone populari egisse non laborat ambiguo. Quia vero Hebraeis id temporis Palaestinam, Syriam, Asiam minorem incolentibus lingua vernacula erat Syro-chaldaea illi veteri hebraeae, qua sancti Patriarchae loquebantur, et Moyses Pentateuchum exaravit

affinis quidem, propter multas tamen Chaldaicas et Syriacas voces, quas e captivitate babylonica, et necessitudine cum regibus Syriae avitae suae linguae infuderant, multum deformata, et ab illa distincta (Hier. Comm. in Isai. XIX. Aug. Tract. 15. Joan. n. 27.) : dubitari non potest, quin sicut Christus Dominus in annuncianda sua doctrina, et institutione sacrae Coenae, ita Apostoli quoque in Synagogis dictarum regionum praedicantes, aut sacra mysteria celebrantes nationali sua lingua fuerint usi hoc magis, quod experiundo etiam didicerint ita se a popularibus suis audiri gratius (Act. Apost. XXI, 40. XXII., 2.). At quia Religio Christiana non nationi tantum Hebreae, sed toti orbi erat annuncianda, prudentia svasit eligere lingvas dominatrices, quarum vehiculo commodissime posset omnium gentium animis intimari. Tales autem erant per Orientem graeca, per Occidentem latina, sic tamen, ut ex mutuo commercio nec Orienti deessent Latini, nec Occidenti Graeci. Pilatus certe vel causam crucifixionis Christi triplici lingva affigi operae pretium duxit: hebraice propter indigetes, quorum metropolis tulit hoc tragici in Dei Filium sceleris exemplum; grecce ob Hellenistas, seu Judaeos graecam loquentes, seu sic fuissent natii, seu facti, aut proselyti, et latine propter Romanos tum Hierosolymis existentes. Et e converso Sanctus Paulus et Ignatius non haesitarunt Romanum grecce scribere, prout et Hermae Pastor, ut Justini Apologia graeca sunt, erat enim haec urbs iam dudum arbitra, et domina Graeciae, cu-

jus literas non contemnendo labore edidicit. Plane Parthis, quorum sermo hebraea dialectus erat, Sanctus Joannes primam suam epistolam graeco sermone adornatam praeēunte S. Augustino (L. II. quaest. evang q^u. 39.) dedicasse creditur. Et licet S. Jacobus Hierosolymis lingua syrochaldaea egerit rem sacram, tamen postquam placuit aetati consequenti huius tenorem literis complecti, graecus stylus fuerat electus, et serius tantum hinc adornata versio syrochaldaea. Caeteri quoque Apostoli, et Evangelistae, si Evangelium Mathaei, et Epistolam Pauli ad Hebreos excipias, quotquot scripserunt, omnes graium calamum arripuerunt (Eus. Hist. Eccl. L. III. c. 38. Clem. Alex. ap. eund. L. VI. c. 14. Hier. Iren. Guiliel. Cave. de Scriptor. Eccles.) nihil dubitantes se a contribulibus, pariter ac proselytis, et gentibus orientis intelligendos fore. Pronum est ex his intelligere Apostolos per Palaestinam, Syriam et Asiam minorem sicut verbum Dei, ita sacra mysteria quoque praeter Syrochaldaeum idioma etiam graeco dispensasse.

Delati ad alias provincias poterant quidem rem divinam quacunque lingua exequi, sicut et Evangelium praedicare, quod eis donum lingvarum suppeditaret: ceterum tamen cum veri specie affirmare licet eos non valde fuisse sollicitos, ut omnibus omnino gentibus, quae Christi sacris fuerant initiatae, propria, domesticaque recitarentur Liturgia. Certe in Oriente ab Ecclesiae incunabulis saltem intra Imperii Romani fines per tria, quatuorve secula vix alia, quam Syrochaldaea, et graeca Litur-

gia frequentabatur, persvasumque erat fidelibus se posse cum fructu adesse, quamvis illius lingvam non calarent. Ubique enim antiquae Liturgiarum lingvae retinentur, quamvis vulgus eas non intelligat, Syri omnes per Syriam, Cyprum et Palæstinam dispersi Orthodoxi aequē, ac Jacobitae, item Chaldaeī, Catholici, et Nestoriani, hodieum retinent lingvam in Liturgia S. Jacobi Syrochalaeanam, in qua prima e graeco versio adornata fuit, licet ea vulgaris esse dudum cessaverit. Postquam vero placuit S. Basilio illam S. Jacobi graecam in breviorem contrahere, haec locum prioris in toto Oriente tanto assensu occupavit, ut graeca S. Jacobi Liturgia nonnisi Hierosolymis, unicaque tantum per annum die, scilicet 23. Octobris divo Jacobo sacra apud Graecos melchitas cetera Liturgia Constantinopolitana, vel S. Basiliū utentes obtineat (Petr. Diac. ad Fulgent. Conc. Trull. cap. 2. Joan. Damasc. de fide Orthod. L. IV. c. 14.); licet Syri, Cappadoces, Galatae, Licaones, tempore Basiliū distinctas haberent dialectos. Aegyptiorum lingva Apostolicis temporibus fuerat coptica, ab urbe Coptos vel Coptos Ptolomaeo, Strabonii, Plinio memorabili, sic dicta: tamen prima illorum Liturgia nomine S. Marci inscripta non coptica, sed graeca fuit, quemadmodum et illae, quae postmodum sub nomine Cyrilli, et Basiliū in eadem regione usurpatae sunt. S. Hieronymus enim (Prof. in Paralip.) scribit: „Alexandria et Aegyptus in septuaginta Hezichium laudat auctorem.“ Des. Antonio Abate me-

moriae commendatum est, quod cum in Ecclesia legeretur: „Vade, et vende omnia, quae habes, et da pauperibus“, monitum isthoc probe perceperit, tametsi Hieronimo, et Palladio testibus, graece nescierit. Denique Renaudotius (in Praef. pervetusti Glossarii, copici T. I. Liturg. Orient. pag. 207.) notat: Antiquum morem fuisse, ut lectiones ex scripturis legerentur graece, sequereturque coptica interpretatio: idque factum, antequam ulla omnino apud Christianos foret Arabicae linguae cognitio, sed per universam Aegyptum antiquitus Christiani legebant lectionem graece, eamque coptice explicabant. Copticae Liturgiae, quibus nunc utuntur Aegyptii a Catholico dogmate et Sede Romana alieni, tantum post Dioscori tumultus odio Graecorum Catholicorum invaluerunt. Quamvis autem iidem sec. VII. sub iugum Arabum missa Aegypto horum lingvam addidicerint, et copticam oblivioni tradiderint, tamen in Sacris constanter coptica uti pergunt. Ex quo vero in Aethiopia, seu Abyssinia Amharitanae regonis Principes summam Imperii obtinuerunt, Amharitana lingua in aula florere coepit, sensimque omnia Aethiopiae Regna pervasit: vetus tamen aethiopica, quae ab hodierna distat, quantum italica a gallica, in publico Dei cultu servata est (Ludolphus Hist. aethiop. L. I. cap. 15.). Armeni eo sermone officia divina peragunt, quo illa sec. IV. descripserunt; at hunc apud eos extra vulgi usum es-

se, et viatores, et ipsi Armeni ad Occidentem commigrantes testificantur. Graeci Europaei, et Asiae minoris suae Liturgiae lingvam non magis norunt, quam Itali aut Galli latinam; multo minus eam intelligunt Graecos melchitae per Patriarchatum Hierosolymitanum, Antiochenum et Alexandrinum dispersi, etsi liturgica lingua apud hos aequa graeca sit. Moscovitae in Sanctuario tali sermonè utuntur, qualem olim Christi iugum amplexi in usu quotidiano habuerunt, atque hunc ipsum Rutheni nostri, et Rasciani adhibent, a vulgari illorum idiomate multum discrepantem. E quibus apparet, lingvas Orientalium Liturgicas esse quidem nationales, sed non vulgares.

Quod spectat ad Occidentem, Principes Apostolorum Petrus et Paulus Romam delati, usque adeo latinam lingvam terebant tam in praedicando, quam in celebrando Missae sacrificio, ut nemini unquam vel per somnium inciderit de alia Romana Liturgia cogitare, quam latina. Et quia olim omnis Italia et Sicilia Romanam Ecclesiam venerabatur ut Metropolitanam, nemo prudens faciet controversiam, quin haec ipsa Liturgia istis distinctionibus fuerit dominata, sicut et latina lingua fuit vernacula. In Africa, ubicunque erant Romanorum coloniae, vulgariter sonabat lingua punica hebraica et syriaca cognata, teste Sanct. Augustino (Tract. 15. in Joan. n. 27.). Ob quod idem cum e sua Dioecesi novam Fussalensem excidisset, curavit Episcopum huic praeficere, qui lingvam punicam haberet in potestate, ut plebem latini ser-

monis imperitam punice posset instruere (ep. 261.
nunc 219. ad Caelest. (Idem) L. II. Retract. c. 3. de
agone Christ.) humili se scripsisse eloquio asserit
pro fratribus latine ineruditis. Et in expositione in-
choatae Epistolae ad Romanos: In quorundam,
inquit, rusticorum collocutione, cum
alter alteri dixisset Salus, quaesivit ab
eo, qui et latine nosset et punice, quid
esset salus. Alias autem (Tract. 7. in Joan. n.
18.) ait: Multi fratres imperitiores La-
tinitatis loquuntur sic, ut dicant: do-
lus illum torquet, pro eo, quod est dolor.
Et tamen in tanta latinitatis penuria Liturgia erat
latina. Quod ipsum obtinuit per Hispaniam, Bri-
tanniam, Galliam, Germaniam et regiones septem-
trionales. Romani enim postquam haec Regna su-
ae fecissent ditionis, linguae quoque suae studium
eis intulerunt; et quamvis patriae harum nationum
lingvae per migrationes Alanorum, Svevorum, Van-
dalorum, Hunnorum, Gothorum, Longobardo-
rum, Herulorum, Anglosaxonum, Arabum obso-
leverint, ut quid Penulus apud Plautum notet,
quid item inscriptiones veterum hispanicorum nu-
morum indicent, nemo seiat; latina etiam nimia
barbarie inhorruerit sic, ut illa confusio nova idio-
mata italicum, gallicum, hispanicum, anglicum pe-
pererit; tandemque circa a. 581. vulgaris esse ces-
saverit, cum Italiam in partes disceptam plures
longobardici Duces tenerent, et anno eodem Nea-
polim quoque occuparent (Carol. Dufresne. in Praef.
Glossar, med. et inf. latin. Thom. Schmit L. I. de

linguae graec. pronun. Wossius Praef. ad L. de vi-
tiis. Serm. Henr. Cardin. Norisi in Cenotaph. Pisan.
Dissert. 4.) tamen omnes Occidentis nationes in re-
bus sacris lingvam latinam tanto consensu retinue-
runt, ut ipsae Liturgiae Hispanica vetus, Gothica,
Mozarabica, Gallica una hac, licet pro nationum
ingenio diversis ritibus fuerint celebratae; donec
salubri Pontificum et Imperatorum consilio ac sol-
licitudine in recipiendam cum lingua latina Roma-
nam Liturgiam Occidens consensisset, quam ho-
diedum retinet.

Quoad solam Dalmatiam facit exceptionem e-
ruditus Ladislaus Tompa (de sacr. Christ. rit. P. I.
pag. 237.) scribens: „Slavonico pariter, sive Illy-
rico Sacrum perficitur in Dalmatia: quam sint ta-
men in eo peregrini Dalmatae, inde colligas, quod
Stephanus Cosmus Archi-Episcopus Spalatensis in
Synodo Diaecesana a. 1688 legem dederit, ut Cle-
rici a peritis Sacerdotibus in lingua Illyrica li-
terali diligenter erudiantur.“ Verba tamen haec
popularis nostri accipienda esse videntur de lingua
gлагolitica, quam Illyri non intelligunt; quave
hucdum Sacra aguntur in Insula et Dioecesi Vegli-
ensi. Cetera autem in Dalmatia aut Dioecesi Se-
gniensi Missa privata ritu Romano tota latine perfi-
citur: in solenni tantum, quae legenda sunt, lati-
ne expediuntur, quae vero canenda, uti Gloria,
salutatio populi, Collecta, Epistola, Evangelium,
Credo, Offertorium, Præfatio, Pater noster, pa-
cis precatio, gratiarum actio, dimissio, episcopa-
lis benedictio, lingua illyrica. Ideo ad missam so-

lennem duplici eis libro opus est, uno quidem Mis-sali Romano, alio uutem Illyrico, in quo, praeter-missis ceteris, tantum, quae canenda sunt, con-tinentur.

(Continuabitur.)

Ingens furum Londini frequentia et teme-ritas.

Inde a duobus aut tribus mensibus numerus et audacia furum Londini terribili ratione increvit. In frequentissimis plateis non modo magnae dex-teritatis fures singuli sed etiam praedonum greges, qui adhibita vi rapiunt, metuendi sunt, hi victimas suas fustibus plerumque exanimes prosternunt. Duea praecipuae causae ad hanc calamitatem au-gendam conferunt: prima est, quod satellites pol-itiae pro quovis intercepto scelerato, cui dein ca-pitis poena dictatur, 40 l. st. praemii recipiunt, mi-nores proinde fures parum curant, imo eis indul-gent, donec in latiori flagitorum semita magistri evaserint. Altera causa est nimia legum severitas, quae saepe juratos judices impellit, etiam si crimen demonstratum sit, ad reos absolvendos, quoniam minoribus quoque delictis capitalis poena injuncta est; et si reus per judices condemnetur, in tali ca-su communiter gratiae venia subsequitur. Et sic immunitas a poena novum ad scelera allicium praebet.

v. *

Poena Bibliopolae.

Tribunal anglicum Kingsbench dictum, novissime Bibliopolam propter lubricas pagellas et lascivas imagines, in suo bibliopolio venui expositas, ad medii anni carceres et titulo vadimonii in annos quinque proximos ad dependendam 100 lib. st. summam condemnavit. Si mores bonos corrumpunt colloquia prava, a fortiori id faciunt libri et imagines, pravitatem e professo docentes. Prout in loquendo, ita in scribendo libertas a licentia, quae est abusus libertatis, sunt distingvenda.—exc. P.

Zagrabiae 10. Februarii Rector Seminarii graeco-catholici ejatis, Nic. Mallich, aetatis anno 47., mortuus est.

E p i g r a m m a t a.

In mulierem lingvarum studio deditam.

Cur discis varias magno conamine lingvas?

Multum est o mulier, lingva vel una tibi.

Tivadarhoz.

Hogy tékozló fia miatt ne búszúljon.

Ne búszúlj Tivador gonosz fiadnak

Tékozlása miatt; 's mi lesz belőle,

Vénebb korra ha jut, ne tépelődjél:

Jól tud költeni — lesz derék Poeta.

Juveniles fanatici.

E praestita per Praesidem Regiminis Dominum Roschi *) Guberniali Senatui Bernensi relatione prima obtinetur fide digna notitia de moliminibus in Helvetia gerinanorum, italorum, gallorum et polonorum perfugorum, quorum inde relegatio novissimis temporibus per aulas magna constantia adurgebatur. Plurimum sane interest adtentionem eo convertere: quamnam scelestia haec populos beantium novatorum consilia religionis rationem habeant. Nullum prorsus de hoc relinquit dubium edictum seu manifestum Juvenis Europae 1834 **) mense Aprili ad patriotas Helvetiae datum ac promulgatum, in quo ista occurunt verba: „Haec illa est Juvenis p o p u l o r u m Europa, quae veteri regum Europae substituetur. Pugna haec est libertalis contra veterem servitutem, pugna juvenis aequalitatis ad-versus antiqua privilegia; victoria novarum idea-rum relata de fide antiqua. Eadem ubique lucta, in se una, licet contentionis variae, quae alimenta constanter accipit e repugnantia generati-onis novae contra veterem in campo Religionis, Politicae, Oeconomiae, imo ipsius adeo Literaturae, omnia enim haec civis rei-

*) V. Malten's Neueste Weltkunde. Jahrgang 1836: Tom. VIII.

**) Mensibus Julio et Aug: 1836: testantibus actis centralis Commissio Europeae Juvenis adhuc in plena sua activitate constituta fuit.

„publicae elementa sunt. Unio democratica sub-
 „nascetur cunctorum populorum, eadem spe, ea-
 „demque religiosa, politica et morali fi-
 „de (!) etc. inter se junctorum, a se invicem ni-
 „hilo minus relate ad interna negotia, et localia ne-
 „cessitatum adjuncta etc. independentium.“

Haec sunt itaque, quae veteri, senio conse-
 ctiae et caduceae religioni Christianae substituere lu-
 bet? —

Dantur adhuc semper viri singularis secus pru-
 dentiae, saniorumque principiorum, sed respectu
 eorum, quae circa se quotidie evenire vident, illa
 opinione irretiti, quod haec omnia, nihil nisi im-
 berbium adolescentulorum deliria — sicut revera
 sunt — esse credant, in eo plurimum errantes,
 quod his deliramentis, nullum gravius inomentum
 et in vitam publicam efficaciam adtribuant. Dan-
 tur viri, qui e. g. existentiam in Gallia Commissio-
 nis directricis (Comité directeur) inter fabulas re-
 ferunt; qui denique — dum juvenes ejusmodi per-
 duelles majestatis rei a competente tribunal ideo
 prorsus, quia laesae Majestatis convincuntur, poe-
 na etiam ejusdem criminis mulctantur — extem-
 plo cum illo prodeunt effato: „nesciunt, quod a-
 gunt.“ Ejusmodi homines sequentia moliminum
 helveticorum ex actis publicis desumpta resultata, be-
 ne expendant, oportet.

1) Juvenis Europa Commissionem directricem
 Parisiensem, a multis in dubium vocatam, expres-
 se recognoscit ac profitetur, dum conspirationem
 „Haute vente universelle“ — quae sub nomine

„Mond e“ ibidem delitescit, nec quidquam aliud, quam ipsa illa Commissio directrix est — proditoris accusat: causam quippe suam, causam item libertatis et aequalitatis populorum, progressusque Europae eam proddisse aperte insimulat. — Locus ille edicti seu manifesti mensis Aprilis 1834, in quo haec confessio continetur, est omnino characteristicus, et obstinacissimum pyrrhonem convincendo est. — Post amarissima in „Haute vente universelle“ conjecta convitia haec habet: „Despotismus „ille ulterius adhuc eandem deduxit. Cum scilicet „suspicaretur, quemvis felici eventu coronatum po- „puli cuiuspiam motum mysteria ejusdem profana- „turum, et arrogatum dominium subversurum, ideo „decrevit, ut — e sola fortasse Gallia! — „non! — sed e solis dunt taxat Parisiis flam- „ma revolutionis prorumpere debeat. „Conaminibus itaque patriotarum in aliis regnis o- „mni ratione in obversum ibat. Quamlibet unio- „nem, quemvis populum, qui catenas suas rum- „pendi, et magna facinora patrandi spem alere po- „tuit, impotem reddere adlaborabat. Revolu- „tionem jamjam erumpentem saepius „impeditiebat, et quidem e sola illa caussa, quod „ea non e centro proditura esset, *) Non oportet „oblivisci, eam fuisse, quae 1833 Francofurti con- „silia revolutionis subvertit. In memoriam aequo- „revocandum hanc Commissionem directricem

*) Famosum itaque centralisationis systema etiam in con-
citandis populorum seditionibus sustinetur!

„(Haute vente universelle) mense Novembri 40,000
 „operas Lngduni, impensissimis harum precibus
 „nihil opitulantibus, sine duce, sine mandatis re-
 „liquisse. Meminisse oportet, eandem „Haut ven-
 „te universelle“ inaudita turpitudine, infelicien Lug-
 „dunensem civitatem, sollicitatione ac pollicitationi-
 „bus primum ad repugnantiam concitatam, et dein
 „martyrio traditam destituisse. Perpetuum idcirco
 „eidem oprobrium, perpetua execratio! — Post-
 „quam „Haute vente universelle“ per 15 annos
 „conjurasset *), necdum ei tempus ad agendum
 „idoneum advenisse visum est, in quo vel species
 „alicujus sacrificii nobilem hanc urbem, futuram
 „Galliae, imo futuram totius Europae sortem sal-
 „vam praestitisset.“ — Notari merentur verba,
 quibus Manifestum hoc clauditur: „Nos omni cum
 „fiducia atque constantia collaboraturi, neque spem
 „posituri sumus, opus nostrum felici eventu coro-
 „natum iri; accingamus nos itaque labori, sum-
 „toque itineris baculo, praecincti incedamus, ac si
 „cras in pugnam eundum foret. Interea tamen, dum
 „opus ipsum vires nostras deposcerit, statuta nobis
 „decernenda sunt, quae sub ipsa pugna et post
 „eandem pro actionum norma deserviant. Neque
 „enim sumus viri impatientiae, reactionis et égois-
 „mi, bene vero Apostoli novae Religio-
 „nis **), Religionis libertatum, aequa-
 „litatis et progressus.“

*) Confessio sane ex hoc ore memoratu dignissima relate
ad periodum Restaurationis.

**) Id, quod nos nova constanter consolatione e benigna

Ita loquebantur novi apostoli. An vero nullam reipsa in communem vitam efficaciam exeruerint, documento sit sangvis Francosurti, sangvis item Lugduni fusus; denique sangvis studentis Lessing, qui, erupta erga conspirationes seditiosas, quibus adscriptus fuera, taciturnitatis side, victima cecidit, prout id actorum et investigationum documenta clare evincunt. —

2) Alterum, respectu nexus juvenis Europae cum Parisiensibus conspiratoribus, e dictis relationibus desumtum resultatum magnae indaginis est comprobatum fraternitatis foedus, quod 1835 10. Apr. Lausonii inter deputatos juvenis Europae et gallicos democratas tum in custodiis Sainte Pelagie detentos ictum est. Eventus hi adhuc in recente sunt memoria, neque eos repetere hic opus est.

3) Quod vero juveniles nostri fanatici „perbene noscant, quod agunt“, ad id demonstrandum pro conclusione saepe memorati manifesti locum hunc ad-

Dei providentia erigere debet, in Marc. 3. 26. indicatur: „Et si Satanas consurrexerit in semet ipsum, disperitus est, et non poterit stare, sed finem habet.“ — Vidimus, quo animo „Haute vente universelle“ Parisiis erga filiam suam helveticam fuerit, dum haec primos suos olympicos pulveres emererit voluit. Eadem est novarum euatarum inde a 1830. sectarum religiosarum ratio, de quibus jam hodie — Deo sint laudes — nullus est sermo: internis discordiis citius, quam ipsa originis vanitas secum ferebat, evanuere: St. Simonismus dissidiis Enfantini et Bazardii; nova ecclesia gallica dissensionibus Patrum Chatel et Au-zou in nihilum recidere.

ducere juvat: „Memineritis, quod tempora sym-
 „bolismi exstincta sint, quod formae saepe ideas
 „suffocent, quod unio liberorum aequaliumque
 „virorum, qui regna refundere volunt, simplices,
 „claras et populares institutiones deposcat; me-
 „mentote, unionem consentanea cum progres-
 „su genii temporis, semet per suas singularitates,
 „statuta, formas et consuetudines ab institutioni-
 „bus societatis civilis nimium discriminari haud de-
 „bere; nam unio haec civitatem in ci-
 „vitate, (quae cum exordio revolutionis inter-
 „ire debet) constituat, necesse est; con-
 „foederatio haec in suis institutionibus futurae
 „societatis organisationi adpropingvare, et robu-
 „stum futuri populi semen in nucleo efformare de-
 „bet, quod sensim incrementa capiat, cuncta so-
 „cialia elementa in se assumat, illumque habeat
 „exitum, ut tandem ipsam civitatem consti-
 „tuat.“ —

Si post talem declarationem, iis, qui eam fe-
 cerant, titulus apostolorum perduellionis, quem
 sibimet arrogant, denegari nequit, profecto nec
 meritum quisquam iisdem tribuere detractabit, eos
 fidei professionem perduellum sensorum tali sin-
 ceritate praestitusse, quali nemo unquam hucus-
 que praesumserat.

v. * e B. W. B.

De lingua in cultu divino publico Ecclesiae adhibenda.

(Continuatio.)

Cetera autem, quum apud infideles novae plantantur Ecclesiae, vernacula lingua ad usus sacros facilius admittitur. Sic olim Moravis a S. Methodio ad Christi fidem adductis a Joanne VIII. concessum fuit, ut Missa Slavice perficeretur; tametsi deinde rebus immutatis ea facultas ab Alessandro II. fuerit revocata. Joannes de Monte Corvino Franciscanus, et in Tartaria ineunte secul. XIV. Missionarius Apostolicus Sacrificium in lingua tartarica peragebat, ut ipse in literis ad Generalem Vicarium datis (ap. Raynald. an. 1303) significavit; neque tamen Clemens V. hanc agendi rationem unquam improbavit. Paulus V. a Missionariis interpellatus die 25. Januarii anno 1615. decrevit in Sinarum Imperio Missam, et Officia divina Sinica lingua agi, licet istud non fuerit executioni mandatum. Urbanus VIII. quoque Carmelitis discalceatis in Regno Persiae degentibus ad Missam Romanam Arabicae linguae usum admisit.

Verum quaecunque fuerit in hoc capite disciplina, aut mos recens conversas nationes Christo demulcendi, nostris moribus nihil istud officit. Neque enim illud inquirimus, qua lingua sint Christiana Sacra auspicanda, quum gens aliqua Christi fidem amplectitur: verum an ea, quae semel iam suscepta, et consecrata fuit, si vulgaris esse desiit, sit deserenda. Istud alterum est, a quo vehemen-

ter abhorret Ecclesia. Quamvis enim agnoscat sapienter ab Apostolis institutum esse , ut vernaculis linguis Missa celebraretur: tamen eo iam loco sumus, ut haec res passim permitti non possit. Laudabilis olim fuit severitas illa, quam Patres nostri in vindicandis peccatis adhibuerunt: nihil tamen esset imprudentius homine, qui eam hodie adhibendam esse contenderet; vel Ecclesiae contra peccatores indulgentiam damnaret. Nimirum nervi sunt sapientiae disciplinam omnem ad tempus accommodare.

Hoc sapientiae impulsu Patres Tridentini (Sess. XXII. c. 8.) ajunt: Etsi Missa magnam Contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire, ut vulgari passim lingua celebraretur. Mandant deinde Pastori bus, et singulis animarum curam gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios, ex iis, quae in Missa leguntur, aliquid expo nant. Post haec (c. 9.) ita fulminant: Si quis dixerit... lingua tantum vulgari Missam celebrari debere... anathema sit. Absurdi sunt, atque omnis Philosophiae expertes illi, qui coetum Tridentinum accusant, quod, cum Missam magnam populi eruditionem continere agnoscat, tamen vulgari eam lingua celebrari fieri vetet. Quid enim? quod populi eruditionem continet, statim neque temporis, neque auditoris, neque aliorum adjunctorum habita ratione proferendum est? Missa etiam Patrum memoria magnum

eruditionem continebat, visum tamen fuit non expedire, ut coram Cathecumenis celebraretur. Hoc tunc arcani disciplina prohibebat; nunc vero aliae rationes prohibent, ne illa, quantumcunque eruditione referta vulgari lingva passim celebraretur. Ut Tridentini Patres ita iudicarent, atque decernerent, tribus potissimum de causis factum esse scribit Palavicinus (Hist. Conc. Trid. L. 18, c. 10.)

1-o Quod in hac tanta lingvarum varietate, et inconstancia tot Missalis versiones sine magnis in commodis, multisque periculis adornari vix posse crederent. 2-o Quod Sacerdotibus extra patrium solium constitutis Missae celebrationem difficilem fore praeviderent. 3-o Quod, quum late implerent omnia homines, qui spreto Ecclesiae magisterio ipsas aniculas controversiarum judices constituebant, vererentur, ne imperita, multitudo Missalis verba sine explicatione audiens temerarias, et absonas de divinis rebus ferret sententias.

Argumenta haec nihil est necesse augendo extendere; sola consideratione diligenti vis illorum elucet. Quoad primum: lingvarum viventium natura est, ut colantur, reformentur, mutentur, et quidem advertentibus philologis sic, ut quodvis seculum novam dialectum excludat. Polybius (Hist. L. III.) scribit tabulas pacis confecto primo bello Punico initae aegre fuisse intellectas cum fine alterius belli Punci, licet non plus intercesserit teste Livio (Hist. L. XXX, c. 44.) annis quadraginta. Germanicam antiquam Germani hodierni vix intelligunt. Quae mutatio fiat in Lingva nostra patria,

vel intra unum decennium, non attinet dicere. Vereor, ne post triginta annos non intelligatur, quod ante decem annos literis mandatum fuit, ut verissime dictum sit a Seneca: *Vix inveniri ullam terram, quam indigenae colant, permixta omnia, et insititia esse exterorum; conversatione sermonem a patre defecisse.* Et ideo nego ullam vivam lingvam Ecclesiae lingvam esse posse. Ut Religio adversus hujusmodi mutationes inconcussa maneret, semper et ubique orthodoxa Ecclesia vetus idioma in divinis Officiis retinuit, id exigente maxime dogmatum inviolabili sanctitate, et puritate. Religionis et Ecclesiae Catholicae in hoc merito fundamentalis character est perpetua unitas, sicut una est omnium gentium, et temporum salus, a qua ne latum quidem ungvem potest recedi. Tota Ecclesiae doctrina tam arcte contextum, et sibi consentiens systema est, tam praecisa, ac determinata verbo Dei scripto, et tradito, item conciliaribus decisionibus dogmatum substantia, ut in horum enunciatione non dico vocem, sed literulam, vel apicem, aut interpunctionem mutare novam doctrinam inferre sit. Sicut ritus Missae et Sacramentorum vestes, ita verba et formae precum vasa quaedam sunt sacrorum dogmatum, ut illis mutatis haec quoque aliam exhibeant faciem, aliud significatum. Quam autem difficile sit vel unam sententiam, de una lingva in aliam sic transponere, ut nihil de sensu remittas, vel quod originale non dicit, non adjicias, propter diversam

lingvarum ab invicem indolem ille scit, qui hoc tentavit. Jam si versiones Missae et Sacramentorum in lingvas vernaculae liceret moliri, utique istud fieri deberet apud omnes gentes, et nationes, cum eadem sint omnibus fidelibus iura; quae versiones rursus toties essent moderandae quoties lingua, in quam facta fuit translatio, alteraretur. Quis non exhorrescat ad labores istiusmodi incoerti? Quis statuat semper viros tanto molimini pares? Quis serat sumptus novarum editionum? Quis caueat pro integritate dogmatum in illa perpetua formatione et reformatione? Juverit aliquod exemplum ponere. Josephus de Voisin Burdigalensis Theologiae Doctor Missale Latinum in Gallicam lingvam convertit a. 1660, verum tempus, et operam misere consumpsit. Ut primum enim Versionis suae fama percrebuit, Episcopi Gallicani Parisii collecti illam reprobaverunt; dataque a. 1661, 7-a Januar. ad Alexandrum VII. epistola supplicaverunt; ut auctoritatem suam adderet eo potissimum, quod praeter antiquitatis reverentiam, postulet ipsa Christianorum rituum ac Mysteriorum dignitas atque Majestas, ut ea vulgo, et quibusvis obviis non exponantur, ne ipsa sua frequentia, et assiduitate vilescant, sintque eo magis mira et veneranda quo rariora; neque apicum syllabarum, aut verborum immutatio, quae ex singulorum idiomatum dialecto, et proprietate oritur. Scandalum aliquod

vel offendiculum in rebus fidei ac doctrinae ponat. Nondum erat haec Epistola Romam perlata, quum Pontifex versionem Voisini constitutione sua damnavit. Nimurum scandalum et offendiculum, quae Gallicanis Patribus ex vulgaribus linguis oriri posse videbantur, haec interpretatio Gallica reipsa peperit. Et enim Facultas Parisina die 1-a Aprilis a. 1661-o relatis e Missali Gallicano 24 propositionibus declaravit in eis, ut verba sonant, contineri errores contra sanam doctrinam de Christo, de Spiritu Sancto, de Gratia, et libero arbitrio, de Sacramentis, praesertim Baptismi, et Poenitentiae, aliquisque capitibus; et multas versiones ineptas, ac falsas, aliquas etiam, quae textui latino tum addendo, tum detrahendo inducunt in opiniones olim, et recenter condemnatas. Haec erat facies Missalis a Doctore Theologo in eam lingvam translati, quae tam ingenio suo, quam Eruditorum diligentia ita comparata est, ut tractandis Theologiae argumentis aptissima sit. Pone iam Missale in lingvas transferri, quae si cum Gallica contendantur, incultae plane ac barbarae sunt, an non hic deteriora pertimescas? — Aliud exemplum aevo recentiori dederunt Germani Vürtenbergenses, Badenses, Trevirenses, Silesitae, aliique Missale Romanum, ut ipsi quidem putabant, bona fide, et secundum quod quisque sibi blandiebatur, sensu integro, et tamen, ut eventus ostendit, ausu teme-

rario in germanicam lingvam traductum ad publicos sacros Conventus adhibentes. Facta enim comparatione tanta eluxit non a Missali Romano tantum, sed a se ipsis etiam, idque in dogmatum enunciationibus diffimitas, ut horrori fuerit omnibus, quibus Religionis Castitas cordi est. (Sion Eine Stimme in der Kirche für unsere Zeit. 3. Jahrgang. n. 2. 3. Jänner.) Et hoc chaos Ecclesia per omnes terras, et nationes toleret? — Homo privatus, inquies, rem tantam aggredi debet: Episcopi judicium accedat, et necesse. Plane assentior. At nec Episcopi, etsi munere suo alias dignissimi, ea sunt lingvarum cognitione praediti, ut de versionibus quibusvis incoruple queant judicare. Quamquam quantumcunque lingvarum peritia praecellant, tamen evenire potest, quod olim in latina Scripturae Sacrae versione contigit, nimirum, ut aliis improbet, quod ab alio fuerit approbatum: qua re lites excitabuntur magno Christianae, tam fidei, quam pacis detimento. — Sed nec secus est obtutu disciplinae, quae licet mutari possit pro temporum ratione, cum nempe mutatis circumstantiis evasit rebus fidei, et morum, aut decentiae infesta: Ecclesia tamen, postquam nihil temere, sed exigentibus tantum gravissimis momentis aliquid statuit, ab hoc pro characteris sui firmitate etiam temere non resilit; neque illorum pervicaciam, qui obedire nolunt, attendit; sed priscam disciplinam, quoad Saniorum iudicio pro vehiculo agnoscitur, religionem in animis hominum excitandi, et fovendi, manute-

net. Jam si illa in omnibus aliis pro unitate, et integritate disciplinae excubat, quare non pro una Missae, et Sacramentorum lingva, quae tam palmari est argumento in tanta idiomatum, et cogitandi rationis diversitate idem ubique gentium, terrarum, et locorum credi et agi, eadem salutis media adhiberi, nec ullibi privatis opinionibus cedi? Quae autem lingva sit tam idonee universalis, atque latina, omnium occidentalium simplicissima, et tamen pulcherrima, ponderosissima, fuscundissima, cultissima, majestati cultus divini publici accommodatissima; cuius seu vim, seu praesciptionem, seu gravitatem, seu elegantiam nulla adhuc Europearum est assecuta, nec credo, ut facile aliqua assequatur. Ad hoc enim necesse foret exurgere nationem, quae orbi universo ita dominetur, et omnium nationum amoenitatibus perpoliatur, quemadmodum haec fortuna Romano-rum fuit; cuiusmodi fortunae prospectus non sunt. Quod autem summum, illud est, quod ipsa ceu lingva mortua non possit mutari, propterea fidei integritati nihil immineat discriminis. Ideone ergo abjiciamus, lingvam latinam, quia discere piget; et malimus majestatem cultus divini publici cum periculo fidei, disciplinae, ac Religionis nostrae ignaviae, ac torpori immolare, quam studio sacrae huius lingvae merita de Religione, et Ecclesia, de gloria Dei, et salute hominum augere?

(Continuabitur.)

Principiis obsta.

Jam in prolibus ipsis omne id observare possumus, quod dispositionem ad peccatum nominare licet: utpote propensionem ad voluptatem, et aversionem ab omni eo, quod sensibus adversatur. Ideo videmus, et saepe indifferentे oculo consideramus, quomodo se proles hisce impressionibus abripi sinant; quia intelligimus, quod destitutae mali cognitione non peccent tantopere, ut pro actibus malis poena dignae essent. Ignorant, dicimus officia, quae violant; et carent sufficienti deliberatione. Verum, dum serius aperitur intellectus, et ab iis, quorum interesset, non excolitur, interea in dies crescit et firmatur duplex illa, voluptatis et aversionis a Bono, sensus. Hinc nascuntur omnes illae passiones, quarum quidem objecta in se non semper sunt mala, sed quae adeo fortes sunt, ut hominem ultra legitimum usum seu ad illicita rapiant, et iste abusus, iste excessus in rerum temporalium contra fines Creatoris, usu, est vitium. Principiis itaque obstandum, ne passiones inordinatae invalescant in prolibus.

P.

Veritas.

Advocatus infelicis Mariae de Morell, Odillon Barot, ad delictum Adcusati purgandum et ad innocentiam Clientis suae probandam, in processu unice e vita et religioso charactere illius, sua argumenta adducit; contentus tria facta in favorem ejusdem addu-

cere, nempe: quod nunquam, ne unicum quidem librum, romans dictum, legerit; quod nunquam pedem theatro intulerit; quod Evangeliorum Liber unica fuerit illius Lectio. Si Dnus Odillon Barot facta haec historica pro adeo indubitatis servabat, ut quibusvis aliis vilibus adcsutionibus ea opponenda, et in allegatione sua inducenda judicaverit, an opus erit alia adhuc interpretatione super summe noxio immoralis, antichristianae literaturae aevi nostri?

ex. v. P.

Publicae relationes ferunt, nulli subjacere dubio, ductus viarum ferreos inter Parisios et Bruxellam perfectum iri. Expensae ad 90—100.000.000 fr. aestimantur. Intra fines Belgii opus ipsum regimen suscipiet, ex parte autem Galliae regimen iis, qui sumtibus suis opus perfecturi sunt, 3 a centum censem, usque dum opus consummatum fuerit, securum praestabit.

v. * e B.

E p i g r a m m a.

De ludimagistro et discipulo.

Fluctibus horrentem venit Moderator ad Istrum,
 Cum petulans vasto naret in amne puer.
 Heu, quis in infidas (sic objurgavit alumnum)
 Prave puer! genius te malus egit aquas?
 A te spreta gemunt edicta scholastica: solus
 Plurima calcatae crimina legis habes.
 Cunctorum infectus vitiorum sordibus, undas
 Cur iterum tenero pectore, quaeso, secas?
 Cui puer: ut foedas (venerande ignosce Magister)
 Tot maculas rapidis abluat Ister aquis.

*Miles Regi non Factionibus
subsit.*

Paginae Hannoveranae communicant animadversiones „de eventibus Argentoratensibus“, qui hoc prorsus tempore per legislationem Galliae agitabantur. Auctor causam mali in praepostero exercitus ad Regem relatione quaerit. „In Gallia non secus — ait auctor — ac in aliis quibusdam regnis vitam ita dictam constitutionalem ad exemplum Angliae inducendi animus fuit, prelum ad effrenatam usque licentiam ab omni compede solutum, freна omnia lubidinum politicarum laxata, et nunquam cessaturaе pro ministrorum subselliis contentiones excitatae. Qui ad haec subsellia eluctati sunt, cunctos tec hnarum elateres in usum deducere coguntur, ut eadem uno saltem anno retinendo sint; qui vero eadem ambit, omnes artes et insidias struendas habet, ut iis, qui pro momento temporis suprema potestate pollut, suffragia majoris curiae partis subducere, et sic subsellia illa vacua reddere possit. In cunctis his rebus Angliae exemplum praeclara imitatione redditum est. Solae partes, quae exercitui in hoc drammate in Anglia assignatae sunt, quaeve ab omni politico influxu, quantum fieri potest, procul remotaе tenentur, perperam observatae. — In Anglia rex solus et unicus in omnes copias irrestricto gaudet imperio. Exercitui minister belli, comitiis responsionis onere obstrictus, et in quavis sessione pro retinendo munere decertare coactus, haud imperat, sed Dux su-

premus (Commander in chief), qui a rege nominatur, et eidem reddendis rationibus obligatus est. Ministri, et quidem singulariter belli „Secretary at war“ (qui saepe nec stipendia meruit) de re solum aeraria exercitus disponunt, simili sere ratione, quemadmodum sub Napoleone per Ministrum administrationis bellicae (administration de la guerre) evenit. Summi Ducis in Anglia dignitas a Ministeriorum mutatione non dependet. Idem sub Ministeris Tory aut Whig „Commander en chief“ manere potest. Hoc facto, unus idemque — sicut e. g. antea Dux Eboracensis, et nunc Lord Hill — diu exercitui imperare potest, et sic moralis nexus e singulorum individuorum notitia et mutua fiducia, qui efficacior omni disciplinari potestate est, enascitur. Praeterea rex Angliae indubio gaudet jure quemlibet ex officialibus, absque investigatione judiciali, et sine ulla resarcitione quovis tempore pro arbitrio dimittendi. In tali casu simpliciter tantum officiali indicatur: Majestatem suam servitorum ejus usum capere deinceps non posse. — Quamquam Rex usum hujus juris in urgentissimis necessitatibus duntaxat facere soleat, documento tamen est, quantopere in libera Anglia principium absolutae obedientiae in exercitu necessarium censeatur, ut unus administrus agger contra erumpentes affectus conservetur. — Si organicae hae exercitus anglici institutiones cum militaribus in Gallia rationibus conferantur, patebit contrarium prorsus eorum, quae in materno omnium modernorum constitutionalium institutorum regno vigent, in Gallia

usu venire. — In Gallia exercitus per Ministrum belli regitur, qui absque dubio Regi responsionis onere tenetur, qui tamen ante omnia una cum suis collegis eo adlaborare cogitur, ut munus retinere possit. Idcirco in eligendo Ministro belli major ratio habenda, an idem ad combinationem Ministrorum aptus censeri possit, quam vero an egregius bellidux sit futurus. Si Rex talem Ministrum rei bellicae habere velit, qui tamquam organon directum, si fieri possit, in exercitum influxum exerere valeat, quod in Anglia ad regias censemur praerogativas, in Gallia velut actus Constitutioni adversus sistitur. — Propter crebras Ministrorum mutationes, qui vix uno, rarissime uno alterove anno partes suas sustinendo sunt, quemadmodum consilia certis et constantibus principiis innixa in conformando exercitu effectui mancipari, ita nexus moralis inter summum belliducem et copias generari nequit. Hoc tanto perniciosius est, quo frequentius etiam Praefecti singularium exercitus agminum, aliquique altioris dignitatis Officiales, qui in arctiori cum copiis nexu constituuntur, mutari soleant. Quivis novus belli Minister praeter sanguinis nexu junctos habet etiam alios amicos, qui ejus patrocinium exposcunt; eget organis, qui in consensu cum Ministris operam navent, qui praeter obligationes militares, etiam opinionem publicam in provinciis, suffragia item electorum et alegatorum pro Ministris favorabilia reddere adlaborent. — Adjuncta haec rerum in exercitu necessario perpetuam animorum suspensionem ac agitationem

producunt, et invitos etiam milites in factionum contentiones implicant. Quaestiones an Ministrorum collegium semet sustentare, et quemadmodum novum coalescere possit, ipsam adeo totius exercitus vitam pervadunt. Qui dignitatem, qua gaudet, amittendam praemetuit, vel qui curriculum absolendum habet, quaestionibus illis singulariter afficitur; qui posset hac ratione fides et plena in regem devotio exercitus exspectari. An non potius quam plurimos dari oportet Generales et Officiales, qui e quavis rerum ac relationum mutatione aliquod emolumentum pro se sperare possunt? et quanta habet discrimina rerum et animorum ejusmodi conditio in regno, in quo inde a 50 annis violentae regiminum conversiones in consuetudinem abierte? — Primus ad interitum omnis verae libertatis gressus est, si ii, quibus arma credita sunt, in contentiobus politicis partem capiant. Si hoc impediendi adest desiderium, relatio exercitus ad regem ea instituenda est, quae in Anglia viget. Postulatis protestatis regiae, in ipsa natura ac indeole correlacionum fundatis, deferendum est. Civitas, in qua Rex Officiales, seditionis signa sufferentes, in stipendiis retinere cogitur, ad gurgitem anarchiae collocata est. Si copiae factionibus subserviunt, eo ipso factionum vices subeunt, et jam primus bello civili impulsus datus est.

De lingua in cultu divino publico Ecclesiae adhibenda.

(Continuatio.)

Quoad alterum: si lingua latina limitibus Sanctuarii proscriberetur, tum Sacerdotes peregre proficiscentes deberent aut Missale, et Rituale, praeterea ministrum quoque suae linguae secum circumferre, aut ab actione sacra supersedere, et emolumento, quod eis pia Mater Ecclesia ubique nunc offert, carere. Quis recti et aequi studiosus seu unum seu alterum exigat? Nec dicat quis privatam peregrinantium commoditatem, vel piетatem integrarum nationum utilitati non esse anteponendam. Nego enim nationibus esse utilius Missas et Sacraenta vernaculis linguis repraesentari, quam latina: tam propter dogmatum, et disciplinae periculum, de quo prius, quam ob aliam quoque perniciem, et sequelas, de quibus mox. Ut adeo inter scyllam, et charybdim etiam ista Ecclesiae liberalitas, et benigna providentia, quam Sacerdotibus peregrinantibus praebet, ambabus manibus sit amplectenda potius, quam despicienda et negligenda.

Quoad tertium, nempe: Quis numerum ineat abusuum, qui hominum seu imperitia, seu petulantia, seu malitia invalescerent ex occasione Missarum vulgari idiomate celebrandarum? Missae beneficium non est, sicut privati ager, aut domus, de cuius extensione, limitibus, capacitate, possessione disputare alterius nihil refert; sed commune bo-

num, et quotidiani usus, non tamen sibi, aut vago hominum arbitrio relictum, verum prudenti Ecclesiae administrationi creditum. Ponamus nunc illud velum, quo Ecclesia augustissima mysteria usu linguae latinae, vulgi conspectui subtrahit, hocque facto illorum venerationi consulit, abjici; quid erit pronius, quam ut nudata illorum magestate veneratio quoque elangescat? Quis adeo ignorat mentis humanae arrogantiam, quae rem omnem ad suum forum trahit, quin metuat, ne hoc ausu temerentur sacro-sancta mysteria, praesertim in iis Missae partibus recoli solita, quae pro temporis ecclesiastici ratione variant, solo canone intacto, et eodem permanente? Scribimus indocti, doctique poemata passim, eritne tum aliqua classis, ne anus quidem, aut rusticos excipio, quae sibi judicium non arroget de rebus, quarum sublimitatem vix eruditissimi, et limatissimi attingunt? Qui Episcoporum sedeant continuo pro tribunali? Quis Doctorum erroneas opiniones corrigat circa objecta, quae vulgus indoctum felicius ignorat, quam rimatur? Horreo ad risus, sarcasmos, scurrilitates, et infanda, in quae pueri, rusticci, irreligiosi, inimici res sanctissimas detorquent, sicut istud in Germania factum fuit cum gravi seniorum et religiosorum offendiculo, pueris a Missa Germanica inter garritus: Jetzt geht nach Haus, die Mesz ist aus, domum procursantibus. Non est ergo satius Missam, ceu horum pretiosum signatum et clausum tenere, et explicatione partium eius tantum cuique aperire, quan-

tum ex eo pro sua quisque facultate refici potest, quod etiam Concilium Tridentinum commendat, quam promiscue aperire, et vulgo temere irruenti, labyrinthum obtrudere? Emolumentum, quod ex vernacula Missa promittitur, non ad eos pertinet, qui linguae latinae gnari sunt, sed ad eos, qui hanc non callent. Ex ista autem turba multi tam hebetes sunt, ut parum referat, qua lingua illis Missam recites; ideoque illorum causa veterem disciplinam pervertere operae pretium non est. Forte media hominum classis aliquid faceret e vernacula Missae lingua compendii, aliquam inde vel intellectui erudiendo, vel animo ad pietatem inflammando concipiens materiam. At etiam horum tam intellectus, quam animus satis accipit nutrimenti e concessionibus, precibus, cantibus, quibus fidelis populus Missam comitari consuevit, ut propterea Sacratissima arcana reserare, et in omnium oculos effundere, cum longe maiori plurium hominum pernicie necesse non sit. Si aut Pastores docendi, aut fideles discendi officio desunt, defectus se tenet ab illorum non Missae latinae parte, qui nihilo esset lenior, etiamsi Missa induceretur vernacula.— Imo stulto isto consilio prosterneretur omnis Literatura sacra, et profana; atque abrumperetur, aut saltem perarduum redderetur Episcoporum inter se, et cum Capite Ecclesiae commercium. Mors enim linguae latinae adhuc profundiori sepulchro immergeret lingvam graecam: et quia hac dupplici lingva conceptae sunt scripturae sacrae, omnium conciliorum decreta, Pontificum

Constitutiones, sanctorum Patrum, et Scriptorum Ecclesiasticorum aurea opera, inaestimabilis item classica, profana, eruditio, pene sola, et unica certa magistra quacunque lingua logice, et praecise, apte, et energice, terse, et facunde, polite, et eleganter seu loquendi, seu scribendi: per Deum immortalem, quorsum feritatis, et barbarici decideremus abolito harum lingvarum beneficio! — Denique lingua latina est lingua Ecclesiae. Hac necessitatibus Oriens Occidenti; hac fovetur commercium inter Episcopos; hac loquitur Pater credentium ad filios, et iterum capita familiarum, Episcopi, hac appellant principem pacis Roma, quae benedictionis sunt, regibus terrae dictantem. Quae rursus cogitationis immanitas lacerare membra corporis Christi, ista elingvia et muta reddere velle, ut nec doloris, nec solatii, nec consilii communicandi amplius modus sit! Quod linguae portentum exurgere tum deberet, quove studio, et magistro edisci, ne communionem dulcem, sine qua unitas Ecclesiae non stat, tristissima totalis desolatio excipiat? Debetur igitur haec antiquitati reverentia, ut ob emolumentum, quod nec magnum sit, nec difficile sarciri possit, a lingua Ecclesiae sacra ad profanas non delectatur, neque his mysteria sanctissima violentur, Debetur linguae latinae, in cuius cognitione tantae sunt utilitates, iste honos, ut perpetuo in sacris officiis usu vindicetur ab ea fortuna, quae lingvam hebraeam pene iam tumultuavit, Haec est commentatio in rationes, quibus

Patres Tridentini movebantur ad manutenendam in Lyturgia Sacra lingvam latinam.

Imperite certe cogitant, qui liturgias linguis vernaculis peragi debere cum Jacobo Usserio Armachano Archiepiscopo (*Historia dogmatica controversiae inter Orthodoxos, et Pontificios de Scripturis, et Sacris vernaculis a Vartono edita Londini a. 1690*) contendunt exemplo Orientalium, licet enim apud hos Syri syriace, Armeni armenice, Copti coptice, Aethiopes aethiopice Sacra faciant: tamen hoc isti lingua vulgari facere dici non possunt, sed studio comparata, et tantum eruditis, aut cultioribus propria, quemadmodum nobis occidentalibus est latina, (Renaudot. *Liturg. Orient.* T. I. Asseman. *Bibl. Orient.* T. I. p. 478. par. 3. dissert. de *Syrio Nestorianis* §. 22. Honorat. a. S. Maria. T. III. Anim-adv. in reg. et usum. Critic. L. V. dissertation. 4. ar. 1. §. 3.). Eadem enim sunt rationes, idem metus, eadem providentia Orientalibus, atque Occidentalibus. Unde, qui ab illorum exemplo argumentantur, velint nolint, confirmant Ecclesiae Romanae disciplinam.

At enim preces liturgicas exoticis verbis pronunciarre contrarium est Apostoli decretis: *Etenim, si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita et vos per lingvam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo sciatur id, quod dicitur? Erratis in aëraloquentes.* Et iterum: *Si orem lingva, spiritus meus orat, mens au-*

tem sine fructu est. Quid ergo? orabo spiritu, orabo et mente; psallam spiritu, psallam et mente. Ceterum si benedixers spiritu, qui supplet locum idiotae, quomodo dicet amen super tuam benedictionem? Quoniam, quid dicas, nescit, nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non aedificatur. (1. Cor. XIV, 8. 9. 14.—17). Verum errant, qui verba Pauli de Liturgia interpretantur. Quum enim Corinthii illam patria lingua celebrarent, non erat hic, quod Paulus reprehenderet. Sed si continenter posita consuluntur: prophetae duo, aut tres dicant, et ceteri diiudicent; et iterum: Mulieres in Ecclesia taceant. (v. 29. 34.): patet ab Apostolo perstringi eos, qui quum donum lingvarum recepissent, hoc ad ostentationem abutebantur, loquentes linguis peregrinis, utut eas non modo plebs, sed ne ipsi quidem intelligerent. Hac autem damnabile fuit. Quodsi tamen adisset, qui facultatem haberet peregrinum sermonem interpretandi, licuit per Paulum illum adhibere. Volo autem inquit omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est, qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, ut Ecclesia aedificationem accipiat (v. 5.). Quo circa si quis donum linguis loquendi accepit, hic oret, ut interpretetur (v. 13.). Scilicet Apostolo satis esse videbatur, si eo modo se gererent in Ecclesia

Christiani, quo Hebrei in Synagoga; ubi lectis Scripturis in lingua hebraea, quae populo post captivitatem babyloniam ignota fuit, interpretatio vernacula consequebatur. Optabat praeterea gentium Doctor, ut qui orat, aut psallit, non solum spiritu, id est pia animi affectione, verum etiam mente, seu cum verborum intelligentia oret, et psallat: tum quod orans vel psallens solo spiritu eam utilitatem, quae ex verborum intelligentia nascitur, non percipiat, tum quod alios sensum orationis suae edocere nesciens nec aedificare, quempiam, nec qui per Amen assensionem suam praebat, habere possit (v. Estium Comment. in I. Cor. XIV.). Quamquam, etsi careat aliqua utilitate, qui verborum, quibus orat, significationem intellectu assequi non potest, quia ad rerum, quae significantur, contemplationem ferri non potest. Si quis tamen ad orandum debitas animi affectiones adserat, etsi orationes suas non intelligat, non videtur frustra orare. Etsi nos, inquit Origenes (Hom. XX. in Josue) non intelligimus, quae de ore proferimus, illae tamen virtutes, quae nobis adsunt, intelligunt, et velut carmine quodam invitatae adesse nobis, et ferre auxilium delectantur. His jam sic expositis, dic, sodes, num sit in praxi Romana, quod in S. Pauli reprehensionem incurrat? Utinam lingua latina, quae non prorsus peregrina est. Oramus proinde spiritu, oramus et mente. Neque solum oramus, verum etiam orationes nostras rudibus interpretamur; praesertim

autem eum, qui supplet locum idiota e, si-
ve qui plebis vice fungitur, sic eruditum esse vo-
lumus, ut Amen Sacerdoti apte respondere no-
verit. (Require plura de his ap. Petr. Le Brun.
explic. Miss. T. III. dissert. 4. Cardin. Bona cum
Salae notis rer. liturg. L. I. cap. 5. §. 4. Honorat.
a S. Maria. Animad. in reg. et us. Critic. T. III.
L. 5. dissert. 4.)

(Continuabitur.)

Antidotum contra obtrectationes.

S. Petrus primae suae epistolae C. 2. v. 12. di-
cit: „Conversationem vestram inter gentes haben-
tes bonam: ut in eo, quod detrectant de vobis
tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos
considerantes, glorifificant Deum in die visitatio-
nis.“ — Similiter jam olim loquebatur ethnicus
quidam Sapiens, cui quum discipuli retulissent,
famam ipsius ab obtrectatoribus inique proscissam,
ipsumque eapropter ad sumendam vindictam pro-
vocassent: Sinite, ajebat ipse, ego enim sic a mo-
do vitam meam instituere volo, ut nemo id cre-
dat, quod obtrectatores mei falso de me loquun-
tur, et sic pedetentim quivis perspiciat, quod ini-
mici mei mendaces sint. c. A. V. P. Lad. M.

Domus Poenitentium.

Episcopus Pictaviensis (Poitiers) in Gallia an.
1835 in Metropoli suae Dioeceseos Urbe Institu-

tum, sub nomine „Domus Poenitentium“ notum, resuscitavit. E literis encyclicis ad Clerum suae Dioecesis missis, utilitas pii hujus Asyli elucet : „Domini mei ! civitas Pictaviensis longo tempore destituitur beneficio sublimis Instituti, quod sub nomine „Domus Poenitentium“ notum fuerat, in qua personis alterius sexus, quas ob licentiosam vitam societas humana merito a se ejecerat, Asylum aperiebatur, ut illae, quae destitutae pane ac necessitate corruptioni obnoxiae fuerant, eo facilius ad viam virtutis reverterentur. — Ea nobis obtigit felicitas, quod jacturae hujus reparationem annunciare vobis possimus. Erga nostrum desiderium Priorissa Domus ad „bonum Pastorem“ Andegavensis, misit ad nos quatuor Moniales cum Sororibus, quae Pictavii Domum Refugii fundarent, in quam in futurum omnes illae reciperen-
tur, quae residentes a virtute, efficaciter per ve-
ram poenitentiam ad illam redire cupiunt. — In-
stitutum tale, quod bonum Societatis non minus,
quam Moralitas sibi vindicat, sponte sua se com-
mendat, et jure accenseri potest beneficiis illis,
quae Dioecesis magnanimitati refert in acceptis,
quae in charaktere incolarum ejus peculiariter re-
lucet. — Conformiter statutis, licitum est Domi-
nabus de „bono pastore“ tam Personis illis, quae
immorali vitae semet dediderunt, quam et paupe-
ribus illis orphanis Asylum aperire, quae, qua de-
relictæ et pauperes, in periculo seductionis versan-
tur, angustia nihilominus loci non admittit, poste-
rioris hujus scopi cum priori connexionem, ideo,

quod perplexos nos reddant ordines illi, quos inducere necesse fuit, ut harum cum illis communicatio impediatur; atque ideo pro praesenti illarum activitas interim saltem ad animas poenitentes suscipiendas restringitur, donec admiserint circumstan-tiae Instituto majorem dare extensionem. — Haec, quam annunciamus, Domus Refugii, non solum pro civitate Pictaviensi, sed pro integra Dioecesi est destinata; nec extranei, qui in ea Asylum quaerunt, repellentur.“

v. P.

Collegium Romanum.

In Collegio germanico Romano ordinarie 50 germanici juvenes instituuntur; quod omnem adhibet conatum, ut Ecclesiae germanicae digni et insignes formentur ministri, quales a praecipuis Episcopis zelose quaeruntur, et honorifice adplicantur. Sic Episcopus Limburgensis recens Roma reversum Abbé Hil sui Seminarii nominavit Superiorem (1835), secutus hoc in puncto exemplum Benignissimi Patris, qui ablatum e Collegio germanico Comitem Raisach Rectorem Collegii de Propaganda constituit,

v. P. ex. p. O. Th.

Restitutum oculorum lumen Ducis Sussexiae.

In sermone, quem Dux Sussexiae, frater Regis Angliae nuper in magno liberorum Murario-rum convivio post libationem, in sui honorem fa-

ctam, habuit, tenerrimo animi motu chirurgicae operationis, qua lumen oculorum recepit, meminit, et gratissima in Omnipotentem animi sensa deprompsit; chirurgo una gratias agens, qui ad tantum beneficium providentiae divinae instrumentum fuerit: Nunquam inquiens vividius sublimiusque verborum illorum: „Et dixit Deus fiat lux, et facta est lux“, vim mentem suam pervasisse, quam subsectionibus chirurgicis; et dum oculi lucis radiis pervii nubes praetervolantes, solisque splendorem perciperent, inexplicabilia ejusmodi sensa animum occuparunt, quae exprimendo quidem non sit, quorum tamen memoriam in perpetuum retenturus sit.

v. * e B.

Denominatio.

C. R. Apostolica Majestas altissima resolutione de 4-ta Febr. a. c. vacantem Praeposituram Maje-rem in Dioecesi Vaciensi, Custodi Jaurinensis Ca-pituli, et ad Consilium R. L. H. Consiliario, Epi-scopo Joanni Sztankovits benignissime conserre di-gnata est.

Bana (in I. Cottu Komárom.) Dioecesis Jau-rinensis uno rursum magnae spei membro auctum est. R. D. Jos. Somogyi de Perlak, Sp. Dni Fran-cisci Somogyi, I. Cottus Komáromiensis Tab. Jud. Asessoris filius natu major, piae memoriae Leo-poldi Somogyi, Dioecesis Sabariensis quondam E-piscopi, C. R. I. Status Consiliarii nepos per Illu-

strissimum D. Episcopum Dioecesis Jaurinensis, Ant. Juranics, in Presbyterum dioecesis consecratus, die 5-ta Februarii missae sacrificii primicias in Bana, loco quippe natali, Omnipotenti obtulit in magna confluentis undique populi et nobilium hospitum frequentia.

E p i g r a m m a.

De Dionysio Tyranno et gratulantibus.

Natales Dionysio colenti
Rhetor dona tulit, tulit poëta:
Hic carmen breve, sed probe expolitum;
Prolixam tulit ille vero chriam.
Intacta hac relegit poëma Princeps,
Talentisque decem remuneratur:
Tunc non rhetor, id est peculiare,
Sed poëta habuit stylum solutum.

N. B. Nunquam adhuc tot supplementa loco deperditarum alicubi per iter Paginarum nostrarum postulabantur, uti hoc semestri. — Hoc quidem gratiam earum etiam apud tales, qui secus Lectorum nostrorum numero adscripti non sunt, demonstrare videtur; non possumus tamen non dolere hanc viam tentari, qua Lectores justi suis paginis frustantur, nobis vero plurima exemplaria manca redduntur, ut jam deinceps postulata supplere vix possimus.

Fultonis tentamina.

Fors nunquam praebuit Sequana Parisiis frequentia navium tam laetum spectaculum, quam anno 1804, dum quippe expeditio in Angliam decreta omnia ad motum posuerat, cuius felix eventus, ex iis, quae in Aegypto per Napoleonem gesta sunt, conjiciebatur. Poesis, Musica, Theatra, omnes denique artes expeditione illa occupabantur; rostra alterum jam Wilhelmum domitorem salabant. — Quidam adhuc dubiis ac sollicitudine angebantur, vix tamen quidquam depromere ausi, metu, ne opinionis publicae vindictam incurvant. Ephemerides lectores suos quotidie magna emphasi de ingentibus exhilarabant adparatibus, qui in omnibus Galliae portubus pro excensione in Angliam siebant. Neque Angli videntur omni sollicitudine fuisse immunes. Tanta quippe jam Napoleonii extraordinaria, incredibilia e votis cessere. Fortunae Dea eum ubique comitabatur; an ne et ad litora Albionis eundem deductura sit?

Sequana planis navibus obiecta fuit, et civitates, communitates item constitutionales, ipsique adeo singulares cives novas die qualibet submittabant illis navigiis accensendas, quae pro recipiens copiis, ad litora maris congregatis, collecta fuerent. Terribilis namque exercitus, qui etiam victores ad Marengo et Pyramides in se complectebantur, jam praesto erat. — In Sequana vix navium, annonam metropoli subvehentium, commenatus parvisque naviculis via libera relicta.

Magnorum hocce politicorum discriminum tempore ignotus quidam Americanus, qui mechanicarum scientiarum gratia tum prorsus Parisiis agebat, inter pontes - Novum et - Regium experimenta instituit cum navi singularis formae atque adparatus, inventionis propriae. — E transeuntibus quandoque unus alterve, cui navicula haec singularis formae inter magnas naves planas in oculos incidit, in alterutro ponte aut ad riparum loricam substitit tentamina nautica ignoti intuendi ergo; tentamina mire a magna expeditione abludentia, quae omnium mentes et animos in se rapiebat. — „Ad quid vero — ajebant — hae rotae, hic tubus, fumusque? Quid sibi vult singularis haec de navi calefacta cogitatio? An huic quis simile unquam viderat? Procul dubio unus hic est rursum ex illis phantasiae fetibus, quo admirandam quis rem invenisse sibi videtur, in quo tamen, praeter tempus, oleum et operam perdidit.“ — Postquam sic transeuntium guidam incerta parvi phaseli tentamina parumper contemplati fuissent, editis commiserationis indicis, ultra profecti sunt: hic, ut in capienda insula nominis celebritatem ac divitias adipiscatur, in novo exercitu praefecturas ambiens; alter opes suas in dupplum aucturus negotiationes commerciales mente volvens; tertius carmina sua praelecturus, quibus nomini suo immortalitatem procurare sperabat; alii denique voluptates et vitae illecebras quaesituri; omnes vero experimenta, super Sequana visa, et sua opinione exilia, paulo post oblivioni tradiderunt. — De his tamen tentaminibus

apud Ministrum rei maritimae mentio facta est: etiam primo Consuli de iis relatum. Vir magnus uti magna turba egerat. Animum sola expeditio-
nis consilia tenebant, quae omnem Europae poli-
ticam conditionem conversura erant, de experi-
mentis itaque mechanici americani vel serio cogitare
haud esse operae pretium putabat.

Si quis hoc tempore, dum transeuntes a pha-
selo oculos cum despectus indicis averterant, suis
quippe negotiis et voluptatibus vacaturi, adfuisset,
qui, ut subsisterent, rogasset, eosdemque sic ad-
locutus fuisse: „Domini mei! nolite tam celeriter
hic transire, nam id, quod nunc in conspectu ve-
stro super Sequana evenit, germen est rerum ma-
ximarum. Expeditionis studio incensi estis, un-
de pro se quisque gloriam, immortalitatem, di-
vicias, cognitionum incrementa et socialium condi-
tionum florem certa spe praecipit. Verum tenete!
cuncta haec consilia, si cum effectibus comparen-
tur, quos experimenta ante oculos vestros facta
habitura sunt, evanescunt. Peregrinus hic, qui
cum suo phaselo tentamina instituit, cuius vel no-
men nosse operae pretium non putatis, in prospe-
ritatem humani generis majorem influxum exeret,
quam Napoleon. Consilia magnae expeditionis in
nihilum recident, strepitus ingentes, quos excitant,
vani sunt, nec ulla vestigia relinquunt; dum con-
tra cogitatio, cui navis haec originem suam debet,
ubique terrarum adprobationem, receptionem et
imitationem nanciscetur, eoque deserviet, ut ho-
mines locaque remotissima proprius ad se invicem

adducantur, civilisatio, artes, scientiae, salutaria inventa, celerius propagentur, ut ignotae fluviorum ripae et orae maritimae detegantur, verbo, ut novae commerciales relationes constituantur."

Profecto talia locutus, delirasse creditus suis-set, et periculum incurrisset, ne ludibrio habitus in aquam praecipitetur, vel tamquam publicae tranquillitati perniciosus per politiam in carceres publicos deducatur. Et tamen futuros duntaxat eventus vere praedixisset, nec plus quam 30 anni ad id requirebantur, ut cuncta ejusmodi praedictionis capita effectum plenum sortiantur.

Excensionis projectum in nihilum evanuit. Innumera ad Fultonis naviculam 1804 praetereuntium consilia oblivioni tradita, nullo prorsus vestigio relicto, magnum per Napoleonem fundatum regnum dissolutum; modesta contra experimenta, quae Fulton in vaporario suo phaselo tum instituerat, ad novam et re vera mirificam navigandi rationem deduxit, cuius nunc jam omnes cultiores nationes magnum usum capiunt, quaeve ad connectendos totius orbis terraquei populos cum typographia fere ejusdem utilitatis jure merito habetur.

Quanta hinc doctrina moralis meditanti semet offert? Ante omnia, ne rebus, quae multitudinis sensus animumque in se rapiunt, pro exiguo tempore strepitum excitant, ardorem brevi duraturum incendunt, multum trubamus; praejudiciis popularibus nos abripi non sinamus, neque modica tentamina, quae facile magnae cujusdam inventionis germen

in se recondunt, quae mutuis populorum correlationibus aliam prorsus rationem indendo sit, contemnamus.

v. * e Z.

Cultores scelerum.

Parisiis. Die 19. Febr. in regione ecclesiae montis Parnassi observatae sunt frequentes catervae juvenum habitū exteriori sinistro atque atroci, cum barba hircina longa et sordida, pectoralibus ad formam Roperspierri etc. Erant „patriotae“, qui anniversarium diem supplicii egregiorum Fieschi, Morey et Pepin celebrare et ad tumulos horum „virtutibus illustrium“ gratam eorum memoria recolere voluerunt. Manipulus satraparum urbanor. illuc missus est ad seditionis molimen impediendum, et sic hi patriotae re infecta discesserunt.

v. * e B.

Novum in Vaticano Museum antiquitatum.

Paginae „Diario di Roma“ haec ferunt de 11 Febr.: SS. Pater, Pontifex Gregorius XVI., Dnus noster nobili impulsu animi, quo antiquitatum, pulchrarumque artium, residentiae suaे tantam gloriam, tantum splendorem atque utilitatem procurantium studia sovere semper dignata est, obsecutus, in Vaticano novum museum, unicum, quod in fonte veterum monumentorum locupletissimo desiderabatur, erexit. Novum hoc museum, quod Gregorianum appellabitur, continebit monu-

menta hetrusca, in specie ea, quae in classico solo nobilis Hetruriae partis, sub clemente et venerando Romani Pontificis sceptro florentis, eruuntur.

v. * e W.

Liber de furum artibus.

Famosi Vido & cōs liber „les Voleurs“ (Fures) hoc tempore, dum tanta — in frequentioribus in primis civitatibus furtū committuntur, magnam merito celebritatem adeptus est; artificiosas furum fraudes publicas reddit, pro quo beneficio populus (Publicum) tum auctori quum editori gratissimum semet testatur, rapidissime namque innumera exemplaria divendita sunt. — An inter emtores non etiam tales inveniantur, qui libri usum non fraudis praecavendae, sed artis potius proprio marte periculum faciendi gratia capere desiderant, incertum.

v. * e B.

De lingua in cultu divino publico Ecclesiae adhibenda.

(Conclusio.)

Etsi, quae adhuc dicta sunt, satis habeant momenti ad manutenendam omni ope in Liturgia Ecclesiae Occidentalis lingvam latinam, quia tamen quaestio ista identidem refricatur, maxime ab hominibus recentiorum idearum, face innovacionis ardentium, juvabit secernere ea, quibus Ecclesia Catholica ab aliis in hoc merito differt, et sic cardinem erroris detegere.

Apud illos coetus, qui nullam habent Liturgiam, nullum Sacrificium, omnis cultus publicus divinus concionibus, precibus, psalmis, aut canticis definitur. Nisi igitur velint in aëra loqui, debent in suis Conventiculis vulgari lingua uti, eiusdem volubilitati patientes humeros subjicere, et secundum quod imperaverit necessitas, libros suos identidem reformare. Contra in Ecclesia Catholica viget Sacrificium novae Legis, aeternus Redemptionis typus, usque ad consummationem seculi, seu quoad Dominus iterum venerit, in dies restaurandus. Placuit tandem ex adductis rationibus per Occidentem hunc typum lingua latina, per Orientem vero linguis vernaculis, at non vulgaribus, quaeve iam praescripserunt, repraesentari. Ne tamen simus in aëra loquentes, nos quoque conciones, preces, cantus, ubique gentium lingua patria exequimur, ut etiam ad sensum Liturgiarum penetremus, hoc pacto unitati sacrificii, dogmatum, et disciplinae nihilo secius consulentes, quam debitae in Matrem, ac Magistram Ecclesiam Romanam observantiae, item religiosis populi indigentiis. Hoc nisi faceremus, dispesceremur in coetus acephalos. Ipsi adeo Turcae in causa mala consulte agunt, quod Alcoranum suum per Europam, Asiam, et Africam nonnisi in antiqua lingua Arabicā, qua primum conscriptus fuit, legant, in doctrinis suis citent, popularibus commentationibus explanent, et versione vulgari temerare piaculoducant.

2. In Ecclesia Romano-Catholica, si quis ad solennia parochialia suo tempore comparere, et communi institutioni interesse non possit, patet eidem, ubi plures sunt Sacerdotes, in Ecclesiam aditus commodo suo tempore usque meridiem. Semper repetitur, et offertur, quod summa Religionis est; et cum solatio acquiescit in eo, quod officium divinae Majestati debitum, uti licuit, exhibuerit. Hinc sunt nostrae Ecclesiae, praesertim in Civitatibus a primo diluculo usque meridiem repletae, manifesto argumento, quod Religio apud nostrum vulgus etiam penes lingvam latinam, quam passim non intelligit, pleno vigore polleat, nec sanus quisquam de innovatione, aut perfectionis systemate cogitet.

3. Si tantum propterea abolenda est lingua latina, ut populus, quae ad Liturgiam pertinent, intelligat, tunc Ecclesiae majores, et Basilicae nulli sunt amplius usui; quia quocunque in his idiomato celebretur Liturgia, populus verba eius distincte nec audiet, nec intelliget. Dirutis igitur Basilicis multiplicandae erunt praesertim locis frequentioribus Capellae, cum his Sacerdotes quoque, et ministri. Ruet ita non tantum majestas, sed et efficacia Religionis, quae multum procedit, cum oculis plane, et sensibus subjicitur, quod plurimi una collecti unum corpus simus in Christo, una Patris Coelestis familia, una domus; una fide, spe, charitate, una Sacramentorum communione, uno divinorum ordine colligata, sicut unus est o-

mnium Creator, Redemptor, et Sanctificator, una singuli destinatio, una virtus, una salus.

4. Denique negare non possumus humana fragilitate etiam in Clero curato Catholico obtinere, quod apud omnem hominum classem experiri licet, ut quidam sua vocatione minus digne, vel etiam indigne ambulent, institutionem religiosam oscitantur impertiantur, vel negligant: et tamen videamus populum adhaerere Religioni, nec tam esse malum, quam putari posset esse debere laborante capite! Unde hoc prodigium? Inde, quod Religio non sit opus tantum intellectus, qui incessabilibus concionibus non tam illustratur, quam obruitur, sed, et multo quidem magis animi. Unde Christus gratias egit Patri coelesti, quod mysteria regni sui revelaverit parvulis intellectu tenuibus, quae sapientes seculi alto supercilio despuebant. Animus autem, secundum institutiones aut conciones, e variis, quibus Ecclesia Catholica dives est, ritibus, praesertim augustissimo Liturgiae clenodio pii sessionibus afficitur, saluberrimoque calore sovetur, et alitur. Deme ritus, aut saltem fac Liturgiam vulgarem, et habebis frigidum indifferencismum, qui orbem, ne Religione exuatur, trepidare facit.

Unde nisus, et contentio abrogandi, et Sanctuario eliminandi lingvam latinam furor est hominum, qui nec historiam nationum, nec vicissitudines lingvarum, nec causas rerum aut effectus intelligunt, nec Religioni, nec rei liturgicae, nec cultui divino publico amici sunt; quibus proinde qua-

cunque lingua Missam edideris, patriæ, an lati-
na, vel tartarica, aut sinensi, perinde fuerit. Fu-
ror est illorum, qui discere, et obedire nolunt,
docere autem, et praeesse nesciunt, neque abro-
gato uni aliud melius substituere. Quin hoc unum
avent, ut revecta barbarie, cui nationes semet in-
cubando graecis, et latinis literis, praesertim au-
tem Religioni, graece et latine loquenti, aurem praeb-
endo eripuerant, suam ruditatem communi pro-
cella contegant, convellant antiquum ordinem, li-
centiam humanam in fraeno tenentem; obscurant
dogmata, pro quorum integritate cavent Sancto-
rum Patrum opera; enervent disciplinam Patrum
salutari canonum, et constitutionum vinculo con-
strictam; lacerent membra Corporis Christi, atque
a suo capite avellant. Denique furor est illorum,
qui regno, et Ecclesiae aequæ infesti coelum ter-
rae miscent, et homines vanissimis suis sermoni-
bus in vertiginem agunt, quo sibi in turbido gras-
sandi licentia tutior sit. Horum nomen — legio,
et damnatio iusta. **Ab isto furore libera nos Do-
mine! Amen.**

And. Rátz.

Festum Annunciationis B. M. V.

Quoniam haud omnibus notum est, qui ta-
men nosse cuperent, cur festum Annunciationis
B. M. V. quo concepti in utero virgineo Salvatoris
memoriam recolit Ecclesia, non quovis anno ea-
dem die, utpote 25. Martii celebretur, ubi tamen
festum Nativitatis Ejusdem die 25. Decembris quot-

annis immutabiliter recolitur; qui casus translati hujus festi cum labente etiam anno occurrat, non videtur esse inopportunum, caussam hujus rei tantisper disquirere, ac dilucidare.

Verum est, quod secundum usitatum naturae cursum a conceptione foetus humani ad nativitatem ejusdem novem menses ordinarie computari soleant; quamobrem si aliquis infans e. g. die 8. Septembris nascatur, is die 8. Decembris praeterlapsi conceptus fuisse censetur in utero materno; prout hoc e festivitatibus Conceptionis ac Nativitatis Beatae Mariae Virginis manifestum sit. Unde Salvator quoque, cuius natalem diem 25. Decembris festive celebrat tota Christianitas, concipi debuit die 25. Martii: consequenter quotannis hac ipsa die invariabiliter celebrari deberet festum Annunciationis B. M. Virginis.

Interim animadvertere oportet, quod festa ab Ecclesia instituta dupli sub respectu considerari possint: 1-o quatenus mysterium aliquod coeleste in se complectuntur, aut Sancti alicujus in coelo regnantis passionem et mortem pro Christo toleratam, factaque heroica fidelibus proponunt; 2-o quatenus exposcunt, ut attacta mysteria et Sanctorum memoriam fideles festive recolant. Sub priori respectu cuncta festa immobilia servant annue praefixos sibi dies: Sicque Conceptio etiam Salvatoris, sive festum Annunciationis incidit annue in diem 25. Martii; prout de hoc Martyrologium Romanum testimonium perhibet. Si proinde festum quodpiam diem suum aliquando mutet, mutatio ta-

lis paullo ante memorato sensu altero sumenda veniet.

Simili mutationi obnoxia sunt ita dicta festa **mobilia**, velut festuin Paschatis, et illud praecedentia atque subsequentia nonnulla festa insignia; inde a Dominica Septuagesimae usque festum saceratissimi Corporis Christi, quae a die Paschatis dependent ita, ut si Pascha maturius cadat, Dominica quoque Septuagesimae cum omnibus festis Domini maturius; si vero Pascha tardius cadat, attacta etiam festa tardius cadere debeant.

Diem Paschatis ipse Conditor universi determinavit Exodi 12. dum illud 14. die mensis primi vernalis, qui Nisan ab Hebraeis compellatur, celebrari mandavit, qua die Hebraei hodie dum recolunt primum diem azymorum, sive Paschatis. Mensis Nisan concordat ex parte cum Martio, ex parte autem cum Aprili nostro; ver incipit apud nos ordinarie die 21. Martii, quem diem nonnunquam praecedit, nonnunquam vero sequitur Novilunium vernale; quod si aliquot diebus praecedat, tunc Pascha mense Martio: si autem sequatur, mense Aprili cadit. Hinc apparet, quod nec ante 22. Martii nec post 25. Aprilis possit cadere Pascha, ad exigentiam Legis Mosaicae.

Eidem huic Legi conformant se etiam Christiani quoad celebrationem Paschatis, eo solum cum discrimine, quod Hebraei strictissime observent primum diem Paschatis luna 14. mensis Nisan, seu primi mensis vernalis, in quamcunque hebdomadae diem incidat; Christiani vero Pascha celebrent

semper Dominica praesatam lunam 14. sequente, ob memoriam gloriosae Christi a mortuis resurrectionis , quae die Dominica evenit.

Quensis ita se habentibus , manifestum sit, quod quaestionatum ac diei 25. Martii affixum festum Annunciationis B. M. V. quibusdam annis circa Pascha , id est , hebdomada ipsum antecedente aut subsequente , vel etiam ipsa hebdomada Paschatis cadat. Jam hic necesse est animadvertere: quod idem festum vel in aliquem diem intra Dnicam Palmarum et Dominicam in Albis occurrentem, excepto die Parasceves ac Sabbato s. cadat, vel plane in alterutrum ex his diebus. In priori casu, in qualemque diem incidat dies 25. Martii, ipsa die recolitur festive Annuntiatio B.M.V. licet Officium divinum et Missa sit de amarissima passione aut gloriosa resurrectione Salvatoris. In altero vero casu ipsa etiam festivitas transfertur ex die 25. Martii in feriam 2-am post Dominicam in Albis : Siquidem ad sanctificationem festorum apud Catholicos cetera inter auditio quoque Missae pertineat, cui tamen obligationi feria 6. Parasceves et Sabbato sancto satisfieri nequit; quippe feria 6. Parasceves , seu magno die veneris in tota , qua late patet, Ecclesia nullum celebratur Missae sacrificium , Sabbato S. autem post prolixas Caeremonias nonnisi unica in singulo Templo admittitur Missa, quamcunque numerosi adessent Sacerdotes.

Quadrare huc videtur etiam illa animadversio, quod festum Annunciationis in casu illo , quando dies 25. Martii in diem Parasceves aut Sabbatum S.

incidit, ex eo etiam abscedit a fixa sua die, transferturque in feriam 2. post Dominicam in Albis: quoniam Christi admiranda conceptio ex corde laetandi, amara vero passio et sepultura, cuius memoria die Parasceves ac Sabbatho S. recolitur, ex corde lugendi occasionem subministrat Christianis; cum igitur laetari ac tristari simul uno eodemque tempore nefas sit: conveniens judicabat Ecclesia Christi, ut laetissimum Christi conceptionis festum a memoratis diebus lugubribus sejungeretur, seriusque celebraretur; ut scilicet, si illud memoratis diebus, vel ante illos festive non recoluimus, serius, et quidem prima die non impedita taliter recolamus: talis vero dies est feria 2. post Dominicam in Albis; siquidem festa paschalia, spectando sincerum illud gaudium, cui triumphalis Christi a mortuis resurrectio occasionem praebet cunctis fidelibus, spatio octo dierum quodvis aliud festum excludant.

Ex hactenus dictis elucescit, a) quod festum Annunciationis nunquam alias recedat a fixa sua die, i. e. a 25-ta Martii, nisi unice eo in casu, si memorata 26. Martii vel in diem Veneris, vel in diem Sabbathi hebdomadae majoris incidat; siquidem per decursum totius anni quibuscumque aliis diebus suppetat fidelibus occasio audiendi Missam, ipso adeo die Jovis in coena Domini, si in eum contingeret cadere 25-tam Martii: quoniam hoc in casu, habito respectu festi Annunciationis B. M. V. ex ordinatione Ecclesiae admittitur Sacerdotibus celebrare Missam in silentio ante Sacrum solenne

cantatum, ut fidelis populi devotioni satisfiat. —
 b) Siquidem anno labente casus iste occurrat, seu
 25-ta Martii in Sabbathum S. incidat, festum An-
 nunciationis legaliter transfertur in seriam secundam
 post Dominicam in Albis, sive in diem 3. Aprilis,
 et quidem cum obligatione abstinendi ab operibus
 servilibus, audiendi Missam et piis operibus vacan-
 di, prout de observantia dierum festorum pree-
 scriptum est ab Ecclesia. c. A. R. P. L. M.

Pohorella: (Non possum me continere, quin
 versus subnexos communicem; hac fretus spe,
 quod in gratiam ac honorem Ill. Dni Episcopi no-
 stri Rosnaviensis, quem cummuni veneratione su-
 spicimus, tenerime animamus, omni obsequio cul-
 tuque ut optimum Patrem prosequi properamus,
 quemve etiam per alios extra Dioecesim singulari ve-
 neratione comite distingvi, laeti observamus ac gra-
 tulamur; versus eosdem in consolationem ac hono-
 rem Optimi Praesulis tendentes publica luce in Pa-
 ginis suis donaturus sit: etc.)

Devotio filialis erga Optimum Praesulem.

Tempore conticuit luctus, perculta dolore
 Mox erupit in haec, ex tempore verba doloris:

Pallida mors vivos cogit pallescere vultus,
 Jam jam viva suo, corda rigore necat.
 Scito vszky moriens, Antonius exulat orbe;
 Vivere mortis Eum non sinit atra manus.

Illustris Frater, cita luget funera, Conjur
 Saucia corda, potens ars, revelare nequit!
 Flent vitae comites, citimi flent, flentque propinquui;
 Proxima turma gemit, fletque remota cohors.
 Per coelum, terram, suspiria moesta reclangunt:
 „Cecidit ante suum flosculus ille diem!“
 Et vos deflete Hunc, hortensia prata rosarum,
 Unde suum Nomen, Rosnia clara trahit;
 Tollite, vel tantum saevum relevate dolorem!
 Non sinite hoc funus solvere funeribus.
 Ah! spargunt alium rutilantia sidera odorem!
 Almus vos flentes, recreet inde Deus.

Ign. Zvolenszky, Par. Pohor.

N U N C I U M.

Paginarum: „Szemlélő“ (Tudományok' és Müvészeti körében) cum adnexis: „Literaturai Lapok“ Cassoviae editorum et per Postae Officia submissarum semestrale pretium: 4 fl. c. m. — Redactio adhuc integris exemplaribus praenumera-re cupientibus servire potest.— Paginae hae, sive selectum argumentorum, sive fluidam, nitidam-que scribendi rationem, sive speciem externam, ut literas, cclorem etc., sive oeconomiam ipsam o-
 mnis operis consideremus, quantum ejus Nume-ri, quos jam p[re] manibus habemus, docent, o-
 mnem profecto laudem et commendationem meren-
 tur, certamque spem praebent, easdem — dum-
 modo ea benevolentia Lectorum, quae ad conatus
 hujusmodi instituti continenter exstimulandos ne-
 cessaria est, suffulta fuerint — ad florem cultu-
 rae, quae in votis omnium est, provehendum, et
 cognitiones utiles propagandas haud mediocriter
 collaboraturas.

Aequalitatis in Civitate mechanismus.

Plurimum profecto jam mentes hominum exercuit aequalitatis inter cives qua ratione inducenda studium. Infinita somnia in medium prolata, et mox oblivioni tradita, quoniam sanae rationis censuram sustinere nullo modo potuerunt; multo minus adhuc si cum aliis aevi nostri magicis imaginibus grandibusque verbis: „libertas, industria, progressus etc.“ simul in severum examen vocata fuerint. Juvat quandoque absurdā illā consilia indicare, ad quae ingenia saepe in his argumentis delabuntur. In edito nuper quodam opere (Beiträge zur Philosophie des Rechtes, Heidelberg 1836.) inter cetera haec occurunt: „Quanto minus est, restricta singulorum libertas tanto facilior et amplior in aequalitatis in civitate ratio, ut a deo ad plenam inter reipublicae coiusdam cives aequalitatem obtinendam nihil aliud suppetat, quam ut omnis libertas personalis sufferatur.“ Auctor instar scholii haec adjicit: „Cunctas subseque inter cives in aequalitates præcavendi illud solum superesse videtur remedium, ut membra singula socialis foederis potestati civili i.e. ipsi Republicae ita subjiciantur, quemadmodum Romae filiisfamilias ac servi potestati patrumfamilias subjecti fuere; ut proinde omnis proprietas, omnia jura, quae singuli cives acquirendo essent, non ad hos, sed ad ipsam rempublicam spectent, cui dein obligatio incumberet cuncta ejusmodi bona acquisita religiose illis restituendi, qui ea-

dem amiserant. Penes haec industriam quoque in suo pleno vigore conservandi medium quodpiam inveniri posset, quin tamen quemquam ditescere per eam contingere. e.g. si jus concubitus diligentioribus duntaxat diurnae instar mercedis concederetur. Hoc pacto forsan civitatis mechanismus exsurgeret, qua noxiis quibusvis egoismi effectibus occurri, et genus hum'ananum ad illud fere perfectio-
nis, et civilisationis fastigium deduci posset, in quo apes inde ab exordio mundi collocatas videmus." — Argumentatio haec petitione principii laborat, illique gravi superstructa est errori, ac si nempe proprii comodi studium in homine exteriore quopiam mechanismo sufferri, vel saltim facultate semet externe manifestandi privari posset. Atqui hoc fieri prorsus nequit; non quidem ideo — prout auctor supponere videtur — quod mechanismus talis inveniri non posset, aut inventus propter emergentes in applicatione difficultates naufragium pati deberet; sed quia in genere interna hominis libertas nullo unquam civitatis mechanismo afficitur et co-
ercetur. In perfectissima etiam ejusmodi politica machina cor animusque hominis naturam suam haud exuent, sed id, quod sunt, esse perseverabunt. Regnum cogitationum, sensorum, ac votorum baratro insuperabili a quibusvis externarum virium vectibus in perpetuum seclusum manebit: iis ambitio, odium, invidia, avaritia etc. ex animis mortalium nequaquam erunt sublata, imo post

factam hominum arbitrio fortunarum hujus
 vitae distributionem longe vehementius ferociusque,
 ac nunc, erumperent, — e simplici illa ratione:
 quia hominum consilia iisdem multo minus quam
 divinae providentiae decreta satisfaciendo essent.
 Pari ratione nec facultas viresque semet exeren-
 di egoismo humano felicius adimi possent. Ast
 etiamsi de singulorum facultate — quae revera nun-
 quam cohiberi posset — contra ejusmodi et quam-
 vis similem rerum conditionem reluctandi (quod in
 dicto casu frequentius adhuc, quam in modernis ad-
 junctis necessario eventurum esset) taceamus, iis pro-
 fecto, qui gubernacula reipublicae obtenturi essent,
 plena relicta maneret facultas proprii commodi studio
 indulgendi; quin imo facultas haec, sublatis quibusvis
 privatorum juribus, iisque in ipsam rem publicam col-
 latis, in immensum aucta haberetur; inaequalitas ita-
 que semper adhuc superesset, tam quoad potestatem,
 quam quoad ipsas fortunas: veri enim proprietarii
 tum regiminis membra essent, horumque ministri. —
 Quis vero de accurata et adaequata fortunarum di-
 stributione vadem ageret? Inaequalitate autem rur-
 sum obtenta iidem eventus, quos hodie videmus,
 repeterentur. — Favorabilior (privilegiata) condi-
 tio e.g. eorum, qui coitus jure gauderent, omni-
 um votis, contentionibus, technis, ipsisque violen-
 tis mediis per subjectos expeteretur. — Denique mis-
 sis etiam his — cum talis rerum status, absque
 mutuis, liberis, vi extorqueri nequeuntibus amoris
 ac benevolentiae officiis nec cogitari quidem pos-
 sit, in hac profecto contentionum arena latissimus

egoismo et lubidinibus campus pateret. Sublatio itaque egoismi per subversionem juris privati, non solum empirice — uti supra citatus auctor censere videtur — impossibile est, sed internam quoque involuit contradictionem. — Quousque peccatum cordibus hominum insidet, tamdiu etiam proprii commodi studium semet manifestare haud desinet, illudque ex ipsa indole sua nullis externis societas civilis institutionibus, sed solis moralibus mediis impugnari ac superari potest.

* e B. P. W. B.

Lex de custodiis (obaeratorum) in Anglia.

Unum, e mille aliis, exemplum in id, quod ipsa etiam collegia legislationum, quae caeterum velocissimi progressus habentur, strictae iustitiae administrandae difficultatibus non semper semet expedire valeant, est lex in Anglia supra memorata custodiarum, quae jam saepius agitata, deplorandis suis effectibus publicam quidem attentionem plurimum excitabat, abrogari tamen aut mutari, non dum potuit, quod Dnum Bulwer ad narrandum hunc eventum induxit: „Hamburgi vivit mercator quidam, nomine Mayer, statura pusilla, animo generoso, in egenos benefico, in amicos hospitali, qui tamen — ut hoc in commerciali urbibus passim usu venit — divitiarum causa magis, quam praeclarae indolis ergo publica gaudebat aestimatione. In principali suo rationum libro inter percipienda notata erat etiam summa 500 l. st.

(5000 fl. c. m.), qua Capitaneus quidam classis britannicae eidem tenebatur. Pecunia haec jam pridem resolvenda fuisse, dum tandem Dnus Mayer alium ejus usum facere decrevit, Portsmuthum itaque, ubi debitor, Capitaneus Jones, legale domicilium habuit, excurrere apud se statuit, ut ibi mutuum repetendi libertatem sibi sumat, quod facere in quavis libera civitate jure permissum credebat. — Germanus noster mercator re vera die quodam sereno horis matutinis in Portum Longum adpulit, et, exterus licet, lingvam tamen civitatis in tantum callebat, ut habitationem Capitanei Jones absque mora exquirere potuerit. — „Scin, quomodo navis illa vocetur“ — percontatur D. Mayer suum cicerone, qui Domum quaesitam indicatus erat, — „quae, jam jam in altum excursa, ventum adeo anhelare videtur“? — „Ita sane — reponit viae dux — Regia volans est, pro cursu Calcuttam adornata, et cras vela datura, — Ast jam ad metam sumus; en domum Capitanei Jones: idem te de navi illa optime edocebit.“ — D. Mayer dimisso indicatore ostium viride domus lateracei coloris aeneo annulo pultat, et mox ante longam et trucem figuram, — cum brevi et simplici tunica, procul prominentibus malarum ossibus, oculis autem parvis profunde in caput mersis, — sistitur, Capitaneum, scilicet, Gregorium Jones. Hic inexspectato hospitis cari adventu attonitus videbatur, et post succinctas mutuae salutationis vices moram atque patientiam orabat. Mercatoris frons in rugas contrahitur: reponit serio, se jam tres annos

patienter exspectasse. Ad haec Capitaneus blandiri; mercator invehiri, stomachari, efervescere; ille demulcire, hic urgere; tandem Capitaneus impereari, mercator minari; — tum ille subito vocem submittere et mentem mutare visus, contractam per maria rudem agendi rationem excusans, summam illam procurare sibi haud fore difficile affirmabat. Rediret solummodo pacatus ad hospitium, se per decursum adhuc diei eidem famulatum. — His persvasus D. Mayer ad divisorium redit, lauto prandio se reficit, exspectat, et dum digestionis quoque tempus pridem jam praeterlapsum fuisset, neque tamen amicus cum 500 l. st. veniret, impatientia victus arripit petasum, altera atque ultima vice debitorem moniturus; dum ei duo domini annunciantur. — „Ah — pecuniam meam ferunt!“ cogitat apud se D. Mayer, sedato parumper animo. — Praeclari illi Domini ingrediuntur, et senior eorum folium chartae nitidae protrahit, quam mercator paratam jam de resolvenda summa quietantiam esse et sibi ad subsignandum porrigi credens, — „bene vero, inquit, subsignabo illico.“ —

„Non est opus, Domine, ait ille, rogamus solummodo, ut nobiscum venire tibi placeat. In mandatis accepimus, ut te ad commodius deducamus hospitium, ubi in consortio nobilium virorum levi unius guineae per diem dispendio perbene te distrahere poteris; vino tantum, si ita placuerit, temet providere necesse erit.“

„Non intelligo vos, Domini mei, — ait mercator subridens — nimis celeriter, ut mihi videatur, loquimini anglicam; caeterum vos certos reddo, hic loci, ubi sum, satis commoda mihi omnia esse, pro benevolentia itaque vestra, gratias repono.“ — „Quid multa“ acrius inclamat alter, qui hucdum tacuit — „vade nobiscum, propera, captivus noster es, hoc saltim intelliges? ecce mandati literas, de aere alieno 10.000 l. st. incusaris, quae Capitaneus Jones a te exigenda habet.“

Parvus noster mercator obstupescit; resumto attamen mox animo, eo se consolatur: „quod error aliquis sublatere debeat“ hoc non obstante absducitur. Continere se interim per iter non potuit, quin caput exagitans observaret, singulari se fato divexari; ut, qui datum mutuo alteri argentum recipiendi causa in Angliam venerit, nunc obaes alienum custodiae tradendus sit.

Germanus ad novum hospitium appellens, ut erat indole plurimum affabili, paulo post cum aliis suis collegis familiarem notitiam inicit, et partim scisciandi cupidus, partim ut tempus conversatione falleret, e singulis causam, cur in hoc essent loco, exquirerit. — Primus, cui hanc quaestionem posuit, fuit vir externo corporis habitu nobili, cuius oris linimenta dignitatem quamdam praeseferebant; quandoque tamen violentae muscularum convulsiones irae et gravis indignationis indicia prodebant.

„Ecquid Domine mi“ — erupit candore germanico bonus noster hamburgensis — „grave te crimen in hunc locum conjecit?“ — „Quid?“ —

repositum cum indignatione captivus — „mene sceleratum putas? — habeto: omne meum crimen illud est, quod in electione suffragium amico dare constituerim: quidam idcirco adversarum partium, cui 200 l. st. tenebar, me custodiae tradendum curavit, ut, dum libertatem recuperavero, electionem peractam inveniam.“ — „Quid ais? — in Anglia igitur electionem cujusdam promovendi gratia sine ambagibus ad carceres rapi quis potest? et haec justitiae apud vos ratio est?“ — „Hoc non justitiae, sed legibus custodiarum tribuendum.“ —

Conversus dein ad alium consortem, macie confectum, — quem, nisi deciduae per genas lacrimae, vitam prodidissent, e pallido ore exanimem putasses, — et commiseratione motus mercator percontatur: „Et te, Domine, quis in hoc deduxit hospitium?“ — „Proxeneta quidam amico meo pollicitus est, camporiales ejusdem, si aliquot giratariis munitae forent, per se in aes paratum conversum iri. Benevolo in amicum studio inductus cum septem aliis meum quoque nomen indossavi. Dies argento praestituta advenit, et altera omnes giratarii in custodiam deducimur. Ah! mei causa nihil est, quod affligar, ast miserae familiae fame est pereundum, quo usque libertati restituar. Pravissimum hoc institorum genus! pellector pro quovis misero ejusmodi decepto simpliculo duas recepit guineas: qui profinde eadem die, qua 8 familias in exitium praecipitavit, 16 guineis laute convivari potuit.“ — „Mi Deus!“ pectore presso suspirat germanus, additque „et hoc vos justitiam vocatis?“ — „Justitiam?

ah, minime! ast consecaria haec sunt vigentis legis de aere gravatorum custodia!"

Ad haec D. Mayer quemdam tribunalis magistratum — quem malus tandem deseruit spiritus, eoque divexavit, ut eum inter miserandas professionis suae victimas collocarit — indignabunde alloquitur: „Audivi saepius adfirmari, vos Anglos tamdiu hominem quemvis pro innocentе habere, donec clara malefacti documenta eruta non sint?“ Narravit deinceps eventum, quem ipse habuit. — „Domine“ reponit judex „regula quidem illa juris apud nos valet, ast in caassis solummodo criminalibus. Si vero de aere alieno non soluto agatur, aliud prorsus usū venit. Longe severiores sumus erga pauperes, quam erga delinquentes. Quod casum tuum attinet, nec ominari quidem videris, in Anglia quemque libertatis tuae dominum esse, qui oppressis conscientiae remorsibus jurejurando edixerit, te sibi certa aeris summa teneri. Capitanus Jones coram tribunalи certo certius nuncupato jure jurando adfirmaverat, ate 10.000 lib. st. exigendas habere, cuius rei effectum en experiris, dum te in hoc loco constitutum vides.“ —

Mercator iterum in exclamationem „Mi Deus!“ solvitur, manibusque compositis cum stupore quaerit: „et haec vobis justitia audit?“ — „Nihil minus“ reposuit magistratalis, ambas manus vestium sinu recondens, et tranquille semet avertens, „hanc nos legem custodiarum dicimus.“ —

Die altera mercator noster Mayer libere dimititur, quianemo comparuit, qui debitum compro-

baret. Nihil cunctatur Praetorem accedere, et ea, quae sibi evenerint, referre, una justitiam interpellans, postulat, ut Capitaneus Jones in jus vocetur.

„Capitaneus Jones?“ repetit Praetor, placide tabacam sumens, „Capitaneum Jones vis judicio arcessere?“ — „Ita sane, illum eundem!“ — P., „Is he-
ri Calcuttam vela dedit. Regiae volanti impe-
rat. Evidens est, eum jurandum de credito si-
bi auro nuncupasse, ut semet ab importunitate tua
liberaret, osque tuum obstrueret, antequam ipsum
custodiae mancipandum curares. Callidus is certo
masculus“ ait subridens et denuo tabacam sumens
Praetor, „belle versutus hic Gregorius Jones!“ —
M., „Per Deum! nullumne hic loci contra malefa-
ctores datur praesidium, nullum auxilium, quod
adflicto jus adserat?“ — P., „Imo vero: Capitane-
us duntaxat vobis perjurii accusandus est.“ — M.,
„Ita sane, quid vero hoc mili nunc proderit, post-
quam is aliquot centenis milliaribus Calcuttam propi-
us est.“ — P., „Absque dubio hoc causae tuae plu-
rimum praejudicat.“ — M., „Actum ergo est de
pecunia mea?“ — P., „Non video, qua ratione e-
am recipere possis.“ — M., „Et loco scelesti hu-
jus perjuri me in carcere detentum suisse nihil
pendendum?“ — P., „Hem, nihil hoc singulare, nec
rarum.“ — M., „Age, liceat mihi unam dunta-
xat adhuc ponere quaestionem: Vobis haec omnia
justitiae administratio habetur?“ — P., „Nolo id-
circo tecum multis disceptare, sufficiat tibi nos-
se, haec, quae tibi evenerant, vi legis de custo-

diis obaeratorum accidisse.“ — Inclinato postea pro valedictione corpore, D. Mayer intellexit, sibi eundum esse. —

* e Z.

De decreto, quo Princeps Carolus e solio Hispaniae excluditur.

De hoc decreto Comitorum, quo Carolus e successione ad thronum Hispaniae excluditur, et extra legem ponitur, Onnata haec scribunt: „Complura Reginae Gubernatricis mandata in manibus habemus, quae novum argumentum praebent, in quanto Princeps haec versetur errore, quae semper fuit, et actu est parata revolutionis decretis, quamcunque ea injusta, crudelia, barbara et aevo nostro indigna fuerint, sanctionem impertiri. Ferunt, ipsum adeo mandatum, quo Rex Carolus V. 24 horis post captivitatem (si in manibus inimicorum incideret) glande plumbea trajiciendus a Comitiis revolutionariis praecipitur, per hanc infelicem Principem sanctione firmandum; quae interim perbene persvasum tenet, se a Caroli asseclis, si in eorum deveniret potestatem, similem sortem haud nacturam. Orbi tum manifestum redderetur, quam immensum sit discrimen inter legitimum Principem, qui principiis religionis, honoris, animi teneritudine et magnanimitate regitur; et juvenem Mulierem, in quam, falsis et ferocibus sectae revolutionariae principiis seductam, apostoli revolutionis, et Conjugis sui quondam serenissimi car-

nifices dominantur. Neque Christina, neque conventus revolutionaryis, quo circumdata est, possunt legitimum Monarcham, et caeteros in decreto nominatos Principes juribus spoliare, quae iidem e fundamentalibus regni legibus, e publicis europaeis, per tota solennia pacta sacris, juribus, denique e religiosae et quamvis revolutionem abominantis nationis sympathia tenent. Innumera illa decreta, edicta et manifesta demonstrant seditiosorum impotentiam, qui justis et una efficacioribus mediis scelestum opus suum sustendant non sunt. Nos Hispani rationem a vi physica, et jus a coeco arbitrio discriminare novimus. Neque comitiorum decreta, neque universi orbis conventuum declarationes nos seducent; praesidium nobis praestant iura, armorum autem vim ratio constituit.“

v. * e B.

Scelestā Conjuratorū Instrumenta.

Paginae „Journal de Debats“ in quadam dissertatione sua inter caetera haec habent: „Ante aliquot dies ausi fuissemus adfirmare, scelus de 28. Julij 1835 (Fieschi) unum ex illis esse, quod, postquam orbem terraqueum horrore perculisset, atque auctori et complicibus communem omnium execrationem accivisset, imitatores nequaquam sit inventurum. Et tamen certa haec perswasio nos fellisset. Inventus est sicarius, qui in gallico agro, una Parisiis leuca, scelus in secreto multo terribilius, quam Fieschi patraverat, meditabatur. Execran-

da aemulandi libido eum invasit ! Fieschi Regem certissima feriendi spe incitatus, viginti victimarum caede a caepto deterritus non est; Champion eadem spe bis tot immolare parabat ! Fieschi efficaciam machinae suae respective ad angustius spatium contraxit, ictus recta tantum adornavit ; Champion inter, ante, et post Regis comitatum glandes vibratus, magnum spatium in metam suam comprehendit. Machina Fieschiana rudit fuerat ; Champion omnem mechanices artem ad perficiendam infernalem suam machinam adhibuit. — Hoc igitur per progressum intelligunt regicidae ? haec est illa civilisatio , quam nobis praeparant ! Illi, qui coram judicibus suis regimen proterve accusare audent : ab eo revolutionem Julii in progressu amplioris culturae et civilisationis impediri ! Homicidia, insidiae nefandae, infantium atque mulierum caedes, pluvia globorum in publica platea, terror, quorum exempla nullus unquam olim populus novit, hae sunt res illae , quas idmodi homines mente volvunt, qui Julii revolutionem et genus humandum se ulturos praetendunt, qui summa protervia in suis conspirationibus nomina : Patriae et libertatis profanare audent ! In totius humani generis ignominiam confitendum est ; magis adhuc exitialem ac perditum, quam Fieschi fuerit, hominem inventum esse ! Neque adhuc animuin despondere volunt, factiones summa contentione collaborant, progressum sitiunt, majoris adhuc dexteritatis sceleratos, certius ac magis devotum instrumentum consiliorum suorum, quam Champion fuerit, reperturae.

At pro cunctorum salute divina Providentia sceleri, nunquam quiescenti, quod nec suis cladibus frangi novit, omnipotentem suam protectionem opponit, et jam quater inde a 6 annis Regem et Galliam mirifice tuebatur.

v. * e B.

Ad remos damnati in Gallia.

E relationibus vi muneris praestitis, patet, numerum ad remos damnatorum in ergastulis Galliae simul 7000 constituere: e quo 2700 Brivatibus, 1000 Rupefortio, 3200 Tolonio obveniunt. Expensae in alendos et sub vigiliis continendos hos reos 2.105.900 fr. efficiunt, laborum autem praestitorum valor tantum 218.000 franc.

* e W.

Magyar és Erdélyi bányák termése.

Felső Magyarország 1836-ban 5 mark aranyat, 's 2303 mark ezüstöt; a' Bánság 14 mark aranyat 's 2901 mark ezüstöt; Erdély 3348 mark aranyat, 's 6661 mark ezüstöt; Bukovina 605 mark ezüstöt; öszvesen 3367 mark aranyat és 12.473 mark ezüstöt, vagy bécsi mérték szerént 1683 font 's 15 lat aranyat, és 6236 font 's 15 lat ezüstöt adott. E' mennyiségből 295.674 darab 4 1/2 forintos aranyat verhetni, I.330.513 pengő for. 30 knyi becsút, és huszas darabokban 380.772 pengő frtnyi értéket; minden össze 1.711.291 for. 30 kr. conv. p. H.T.

Fönséges Főherczeg
JÓZSEF

Magyar Ország' Nádora' dicső Neve Napjára.

Párduczós Árpadtól alapított Hunnia' Népe !

Búra szokott arczod' kedvre déritni siess !

Féltre komolysággal ! szíved gerjedjen örömrre ! —

Nézd csak mint örömid' napja egedre vonul ?

Főherczeg József, Magyar Ország Nádora mostan

Dics Neve' szent Napját népe' körében üli ;

A' mit az agg Buda'-Pest' kisütött álgýui, harangok

Víg zene, és éljen szent szavak árja jelent.

Oh bár drága Hazám ! forró háláddal azon sok

Áldozatit tudnád csak lefizetni Neki !

Mellyeket Ö folyvást vonzó szeretetbül irántad

Szent oltárodnál rakni halomra megyen.

Hah de nagyobbak azok háládnál, 's minden erődnél !

Mellyel akarnál is vissza fizetni Neki.

Mert a' merre vetem szemeim' mindenhol az áldott,

'S üdvös Tetteinek szent nyoma tűnik elő

Drága Királyod után Ö első a' ki Javadnak

Kétes ügyéd szívén hordva előbbre viszi.

Ö munkája Hazám ! hogy végre elüzve homályod'

Szent Mivelődésnek fényje egedre derül.

'S szép Tudományoknak gyujtott fáklyája setétség'

Éjjét lángjával messze elüzni siet.

Általa szép nyelved, Népednek bélyege, vissza

Helyheztettve megént régi Jogába vagyon.

'S ápolygása alatt már napról napra erősebb

Lábra kel, és jobban zsenge virága nyilik,

A' mi magában ugyan már képes volna, örökre
 Hogy magyar Országnak népe adóssa legyen.
 Már minthogy tettit másképpen vissza fizetni
 Nem tudjuk, mennjünk isteni Házba tehát:
 A' hol az Isten előtt leborúlvă, 's imádva hatalmát,
 Forró buzgalmal kérjük az Égi Atyát:
 Küldjön egészséget csuda szent keze kékes egekből
 Nádori Fönségnek, 's véle előbbi erőt!
 Mentse meg Öt, 's kedves Házát a' földi bajoktól
 Ég kegye, és ezzel tartsa Javunkrā soká.

Androvich Sándor, Törvényhallgató.

Magyar tudós társaság.

Azon tiszt. írók, kik eddig részint az academia által kitűzött jutalmakra pályairatokat, részint egyéb kéziratokat küldtek be nyomtatás végett, mellyek nincsenek elfogadva; ezennel hivatalosan felszólítnak, hogy azokat a' m. tud. társ. levéltárnokától minél előbb általvenni ne terheltetnének. Jövendőre nézve pedig kéretik minden, ki bármelly kéziratot az academiának nyomtatás végett elő kíván terjesztetni, jelelmé meg azt bizonyos jelzóval, azon végre, hogy, mihelyt a' kézirat' sorsa eldöntetik, a' szerző arról, a' munka' czime' kiirása nélkül, a' jelmondatnál fogva, hírlapi úton tudósítathassék. A' kisgyüleßből, februarius' 20 d. 1837.

E p i g r a m m a.

De virginie et proco.

Ducere me velles? — poto castissima reddit
 Virgo proco: at titubas — tu tibi quaere ducem.

O D E

Excellentissimo , Illimo , ac Reverendissimo Domino Domino JOSEPHO VURUM Miseratione Divina , et Apostolicae Sedis Gratia Episcopo Nitriensi , Insignis Ordinis S. Stephani R. A. Commendatori , Sacratissimae Caesareae , et Regio Apostolicae Maiestatis Actuali Intimo Status Consiliario , dum die 19-a Martii 1837-i Festum Divi Sui Patroni feliciter recolleret , per Animarum Curatores Districtus Vesztenicensis filiali cum pietate oblata.

Solemniores , sed cito , Gratiae
Doctae , coronas necitate pollice
Nunc auspicato , quas dicare
Praesuleo pietas honori

Fert ; nam decenti laetitia iuvat
Occasionem sumere de Die , et
Decus , redundantesque Honores
Ingenuo celebrare versu.

Nunc insulatis verticibus Patres ,
Pulchroque Mystae cominus ambitu ,
Laelusque Clerus vota promit
Praesulis onomasi sacrata.

Votis salutant Nobilium incliti
Status , et imo pectore gestiunt
Adesse ; tam clarum disertis
Laudibus ingeminantque Nomen.

Adverte, Praesul, laetitiam, vide,
 Ut signa grati pandere pectoris
 Nitamur, ut insta in fideli
 Corde Tibi monimenta surgunt!

Sic Tu Tuorum iugiter intimis
 Vives medullis! Sic Tibi servidis
 Accensa votis laetiorem
 Nostra feret pietas senectam.

Inest enim lux, et niveum iubar
 Menti Tuae, et quod provida singulis
 Natura sparsit, liberali
 Hoc Tibi fuderat illa cornu.

Doctrina multis aucta laboribus,
 Et eloquenti comta modestia
 Cognata virtus, omnium in se
 Tandem oculos, animosque vertit.

Suspexit eius iudicium grave,
 Dotesque pulchras Magnus Episcopus
 Franciscus — et iuvit volantem
 Ingenii, studiique famam.

Hinc Illum Alumnis praeposuit suis,
 Propensa sacris corda scientiis
 Formaret, exemplaque veros
 Ingeneret pietatis ignes.

Quot sunt, Tuorum, qui bene consci*i*,
 Pro se laborum, dulce Tuum tenent
 Grato reclusum corde Nomen?
 Fine caret pietas eorum!

Qui Litterarum, Te Duce, conciti
 Amore, crevere in Patriae decus,
 Nunc utiles Regni Columnae;
 Publica res veneratur illos.

Quid? aequioris si meritos tulit
 Regis Favores? si procul irritis
 Felix procellis mitiori
 Ire videt sua vela coelo?
 Est hoc (fateri si liceat) sacris
 Commune rebus, nexus ut amabili
 Librisque, Virtutique iungi.
 Pontificum cupiant Tyarae.

Amat merenti de Patria viro,
 Honos inoffenso ire comes pede,
 Soletque tempestivus altis
 Muneribus, titulisque dignum

Ornare Civem; cui bene consicum,
 Patensque pectus, nil nisi candidam
 Spirare virtutem adsvetum
 A teneris adolevit annis.

Qualem, auspicato Justitiae loco,
 Te splendida inter Lumina Patriae
 Sublime fulgentem, Magne Praesul,
 Suspicimus pietate pleni!

Mens pura, candorque, et patiens manus,
 Et promta semper proemia masculae
 Deferre virtuti; hanc honoras,
 Hancque foves. — Neque Te per oras

**Pastore nostras, pascua montibus
Carpente avitis sacra gregi Tuo,
Rapacium ira et fraus luporum
Officit insimulata ovili.**

**Ne Cymba coecis publica fluctibus
Jactata fessum det latus, et bibat
Praeceps ruinam, sed minantem
Effugiat bene recta scyllam;**

**Stas semper, ut munimen aheneum, ut
Columna fortis nescia succuti,
Ut cedrus inconcussa celo
In Libano, Ismariaque valle,**

**Ut mons protervis Acroceraunius
Ventis resistens fortiter omnibus,
Regnantis Aulae namque Cultor
Non dubius; Patriaeque dulcis**

**Constans amator, — Filius optimus,
Defensor aequus; ac Ecclesiastica
Certus tueri iura, fidus
Temporibus quoque delicatis.**

**Nil Te moratur perpetuus comes
Pallor laboris; nobile pabulum
Est quippe virtutis, fluenti
Per faciem solitae lavari**

**Sudore; neu cursum resecant brevis
Aevi timores, nam sapientum
Vel una, stultorum diebus
Mille valet pretio anteire.**

Virtus supernis deflua sedibus,
 Coeli propago, non humiles amat
 Inter videri, et repere algas,
 Aut pluvios latitare fungos;
 Sed summa semper scandere gestiens,
 Vel saevientis tempore turbinis,
 Pergit venustis pertinacem
 Frangere sub pedibus timorem.
 Hic Ille egentum munificus Pater,
 Hic Ille, per quem — plura quid efferam?
 Clerus reslorens eruditur,
 Erigitur Studiosa Pubes!
 Lateque tutis agmina protegit
 Perculta ramis; sentit et ultimus
 Egenus Eius se levari
 Dulci ope, praesidioque firmo!
 Ergo decoris luceat ignibus,
 Altare, fragrant thura suavius,
 Et gestientis vota plebis
 Laetitiam cumulent Diei.
 Longaeva, Praesul, vivito tempora,
 Vitaeque sospes ducito candidum,
 Felixque stamen; Regis istud
 Utilitas, Patriaeque poscit.
 Extende Dextram, o et benedic Tuae,
 Quae corde servens funditur ante Te,
 Aevum Tuis annis precata,
 Pastor amans, et amate, plebi!

Cecinit A. Balvov. Coop. Divakiensis.

Propugnaculum mobile.

Antequam novissima Galliae revolutio septimum suum anniversarium diem celebraret, Princeps „per vota nationis“ ad solium evectus, consultum putabat securitatis sua^e caussa currum sibi fabricandum curare, qui, si vulgatis descriptionibus fides trbuatur *), ita se habet ad rhedas usus communis, sicut turres inventionis Montalambert**) ad frondea hortorum umbracula. Rheda haec regia locum, quam hic memoriae ejusdem dicamus, absque dubio meretur, quia historica pollebit celebritate atque gravitate, tamquam historicum in juvēne Gallia morum documentum; quod multo ad-

*) Arca rhedae e robore est fabricata, et lamina ferrea interne et externe bene obducta; sedes sunt profundae, fenestrae angustae ita, ut in currū sedentes, nisi semet prorsus ad fenestras proclinent, adversus glandium ictus undique tuti sint.

**) Turres Montalambert in recentiorum munitionum strategumque operibus notissimae, diuturnas belli peritorum contentiones sustinuerunt, ab auctore ita vocatae, in angulis et separatis munimentorum propugnaculis validissime structae plurim contignationum, in quibus singulis, praeter milites jaculatores, 12—24 tormenta locata sunt, quaquaversum perniciem minantia. Ad basim vallis circumdatae ad angulos co- et divergentes munitae, in contignationibus rotundae etiam seorsim oppugnationem sustinendo sunt; cum in sinu, globis in pervio, omnem adparatum bellicum recoustant, ipsoque puteo provisae sint. (ad Kosen, Koblenz, Köln, Linz etc.)

huc luculentius evadit, si oculos in ea convertamus regna, in quibus ita vocati, absoluti Princes, thronum juri duntaxat suo in acceptis referentes, absque idmodi mobilibus propugnaculis, absque ullis praesidiis, medios inter fideles „subditos“ tutissimi commeant.

* e B. W. B.

No vi ssimum Constitutionis Hispanicae projectum. (1837).

Notum est, Constitutionem 1812, per comitia Gadibus conflatam, nuper in Hispania rursum proclamatam esse; cum tamen ea complura ejusmodi vitia contineat, quae etiam partium studiosissimis manifesta sunt, quaeve exitium proprium utero gerunt: revideri utique et emendari per moderna comitia constituentia necessario debebant, quae ideo e gremio suo pro hocce labore deputationem denominarunt. Haec, absoluto nunc opere sibi credito, illud in 13 Titulos et 79 articulos ac duos supplementares distributum 24. Februarii a. h. per Dnum Olozaga comitiis resignavit. Ingressus operis est sequens: „Quum nationis voluntas sit, ut vi supremae suaे potestatis Constitutio politica, Gadibus 1812. 19. Martii proclamata, revideatur, itaque hoc scopo congregata universalia Comitia hanc monarchiae Hispanicae Constitutionem decernunt et determinant.“ — Praecipua hujus Constitutionis capita haec sunt: Art. 2. Libertas preli cum juratorum tribunali. Art. 3. Jus singulorum civium ad

Comitia et Regem recursus. Art. 11. „Natio semet obligat ad sustentandum cultum ac ministros cath. religionis, quam Hispani profitentur.“ Art. 13. Comitia e duobus collegiis legislativis pari potestate gaudentibus constabunt: e Senatus scilicet et Ablegatorum curia. Art. 14. Numerus Senatorum tribus tertii Ablegatorum aequalis erit. Art. 15. Senatores per Regem e triplo candidatorum syllabo legentur, quem electores quarumvis provinciarum, Ablegatos comitiales nominantes, proponent. Art. 17. Ut quis Senator creari possit, Hispanus, et 40 annorum sit, oportet, praescriptas praeterea in electionis lege fortunas caeterasque proprietates possidere debet. Art. 19. Senatorum dignitas ad dies vitae, absque salario confertur. Art. 21. Provincia quaevis pro 50.000 animarum impopulatione unum nominat ablegatum. (Electio est directa seu simplex: comitia quovis anno celebranda; Ablegati eliguntur ad tres annos). Art. 19. Si rex quoquo modo regendi impos reddatur, Comitia extraordinario modo congregantur. Art. 37. Rex, uti et singula legislativo-rum collegiorum membra jure initiativae gaudent. Leges tamen aerarii primum in Ablegatorum curia expendentur. Art. 46. Rex sanctione firmat et promulgat leges. Art. 48. Rex singulari lege potestatem accipere debet ad haec: 1) ut partem quamdam territorii hispanici abalienare, cedere vel permulcare, 2) ut exteris copias in regnum recipere, 3) ut adgressionis, commercialia, aut talia foedera, quibus potentiae cuidam externae auxilia prae-

stanlur, rata habere, 4) ut regno excedere, 5) ut sponsalia vel ipse inire, vel aliis subditis, jure successionis gaudentibus, ineunda admittere possit.

Art. 51. Successio in thronum Hispaniae regulari primogeniturae et repraesentationis ordine eveniet ita, ut linea senior juniori, et in eadem linea gradus vicinior remotiori, in eodem autem gradu mares feminis, in eodem denique sexu senior juniori praecedat.

Art. 52. Si legitimi Isabellae, burbonici descendentes defecerint, succedent dicto ordine ejusdem sorores et patrui; tum cognati Patris mascul. et sequioris sexus, horumque descendentes legitimi, ni exclusi habeantur.

Art. 53. Si omnes indicatae lineae extinctae fuerint, Comitia novas, nationi convenientes denominationes suscipient.

Art. 54. Comitia illa regnantis familiae membra, quae regendo impares vel facinore quodam jus ad coronam perdidisse censemunt, a successione excludent.

Art. 55. Si regimen in manibus sexus alterius sit, conjux reginae nullas in gubernio partes habebit.

Art. 56. Rex usque exactum annum aetatis 14-tum minorenis habetur.

Art. 57. Si rex ad tenenda gubernacula inhabilis reddatur, vel secus solium vacare contingat, et immediatus successor minorenis sit, comitia gubernium constituent, quod ex uno, tribus, vel quinque membris constare poterit.

Art. 59. Gubernium omnibus juribus regiis pollet.

Articulus 62. Ministri possunt esse Alegati aut Senatores. — In quavis provincia Deputatio provincialis conflanda est. Municipalis Magistratus cuiuslibet loci ab ipsis incolis eligitur.

Art. 72. Re-

gimen Comitiis quotannis tabulas perceptorum et expensorum substernet. Art. 76. Comitia ad propositionem Regis quovis anno exercitus et classis numerum ac rationem defigent. Art. Supplementalis 2. Provinciae ultramarinae singularibus legibus gubernabuntur.

v. * e B.

J ó f e l t a l á l á s.

Haydn, a' Teremtés' (Schöpfung) hervadhatlan koszorújú szerzője, Eszterházy Miklós Herczegnek sok ideig udvari hang - kar - igazgatója (Hofkapellmeister) volt. De minthogy a' Herczegnek le' hangkar felettébb sok költségbe került, annak elbocsátásáról gondolkodék, 's kinyilatkoztatá szándékát Haydnak. „Ön mindazáltal, monda nyájasan — enyim marad, 's házamban élhet, irhat, szerezhet kényelme 's tetszése szerint.“ A' művész köszönte Herczege kegyességét, de az eloszlatlásra semmit se' felelt, hanem szobájába menjén — szokása szerint gyürűjét, II. Fridrik ajándékát, ujjára dugván — mert ez ébreszté a' jeles hangművész veteránt mindég lekesedésre — egy remek Symphoniat szerzett, melly „Haydn Bucsúja (Haydn's Abschied) név alatt ismeretes. Ezt rövid idő mulva a' Herczeg előtt az egész karral eljádpszotta. A' műhszerosztás (Instrumentirung) ugy volt intézve, hogy kezdetben az egész kar együtt összesen jádpszott, de az utolsó darab végen egyik a' másik után elnémult, 's eloltván gyertyáját, hangszerét

hóna alá vevén eltávozott, úgy hogy végre Haydn egyedül maradt, 's azután ő is hasonlót teve. A' nemes szívű Hérczeg elérte a' szerény de finom czélzást, 's a' hangkart udvaránál még egy darabig megtartá,

K.P.M.L.

Coloniae Hebraicae in Siberia.

Decreto Commissionis Ministrorum (Russiae) de 12. Nov. 1835, altissimo loco adprobato, portiones coronarium terrarum, simul 14.154 Dessätinæ (1 Dessät. = 117.600 □' in dimensione areali) constituentes coloniis Hebraeorum in gubernio Tobolszk et provincia Omsk assignatae sunt. In his terris anno 1836 e diversis guberniis imperii oriundi 1317 mares hebrei sedem fixerunt. Vi decreti memorati, et edito 13-a Aprilis 1836 quoad Hebraeos regulamento convenienter, Minister rei aerariae adhuc 10 portiones coronarium terrarum, simul 13 363 dessätinæ, — culturae minus idoneis eo non computatis — in districtibus Omsk et Petropawlow, provinciae Omsk in eundem usum destinavit, et Commissionem Ministrorum de hoc 16. Decembris edocuit. Haec tamen censuit prius altissimam Imperatoris adprobationem expetendam. Majestas Imperator Diario Commissionis Ministrorum super hoc negotio substrato manu propria hanc inscripsit resolutionem: „Mittendis ad Sibiriam coloniis hebraeorum supersedendum.“ *

*De divitiis Foederati Status borealis
Americae.*

Fundi et terrae publicae Statuum foederatorum Americae borealis, hoc anno vendendae, redditus vigineti milliones Dollar. pollicentur, quae summa sola totius anni erogationibus sufficiet. Publicae hae terrae circiter ad 550.000.000 acres (jugerum = 38.708 pedum □ gall.) aestimantur, e quibus 132.000.000 jam venui exposita sunt, et alia 100.000.000 brevi exponentur, quamprimum dimensa fuerint. Si itaque hae fundorum divitidiones quotannis continuatae fuerint, et per cessiones barbarorum populorum indigenarum novas semper territoriales acquisitiones facere licuerit, extra omnem dubium positum est, ostentatos divitiarum fontes, si expensae nulla prorsus ratione augeantur — alma undeque pace vigente — coacervandos proxime thesauros Praesidenti Reipublicae et Congressui majores rursum perplexitates adducturos, quam, qui iam adsunt superflui, facessiverint. Et tamen domi male contenti felicem hanc patriam omnium libertatum seligere, relegati licet, renunt. — Caeterum non pauca exempla similium divitiarum historia vetus et recentior exhibet. — Quod Hispaniae divitiae e novo orbe tam cito exaruerint, longinquitas et perperam administrandi ratio causa fuere. — Donec Romanis regna occupare, testamentis haereditates acquirere etc, licuit, divitiis certe ad corrumpendos usque mores adfluebant. Nec magnorum domitorum inde a Cyro, Alexan-

dro, Tamerlano etc., adeo heterogenea est ratio, uti primo obtutu videretur: absit magnae fortunae secundae alea; absit occupationum domesticarum aut exterarum occasio; sint fines undique tutandi, et repentinarum adeo divitiarum privat. aequa ac publicarum stupendum deerit exemplum. v. * e B.

Educatio inferioris sortis populi in Anglia.

E relatione per unam Commissionum, pro investigatione institutionis emissarum, e tractu pauperiore parochiae Marylebone ad centralem institutionum societatem praestita patet, ibidem e 1575 prolibus, quae ad 578 familias spectant, 510 duntaxat scholas adire, dum interim caeteris omnibus media institutionum prorsus desint. Praeterea compertum, in tola illa summa tantum 447 legendi aut scribendi gnaros esse, reliqui omnium cognitionum defectu laborant. E dictis 578 familiis 324 unum tantum cubile singulae inhabitant. v. * e B.

Scelesti sanctissima ludibrio habent.

In „ecclesia gallica“ Patris Auzou die anniversario supplicii Fieschi et complicis Pepin, funebria sacra peragendi consilium adfuit, ad quod „fratres et sorores“ sectae, hoc edicto invitabantur: „Ut funebri cultui divino, qui in honorem civis Pepin, per Thermidoristas quadragesimo quarto Reipubli-

cae anno capite plexi, habebitur, interesse velis, invitatis." — Politia interim caerimoniam hanc impeditivit.

*

Impopulatio Imperii Sinensis.

Postquam Imperium Sinense novissimis temporibus e diversis respectibus adtentionem publicam excitasset, non videtur abs re futurum, censum populi, 1825 initum exponere. Familia Imperatoris 6000 Principes utriusque sexus numerat, qui omnes remote ab aula in locis assignatis degere obligantur. Numerus caeterum populi caelestis imperii 148.000.000 constituit, qui in terris 700 millium □ milliarium dispersi habitant, ita, ut 211 tantum animae ad □ mill. medio calculo veniant. Exercitus constat ex 1.288.000 militibus, i. e. 830 mille peditibus, 420.000 equitibus et 38.000 classariis. Reditus 79.000.000 Leang efficiunt, 1 Leang aequivalet circiter 2 imper. Sumtus perceptionis ad 29 millions Leang ponuntur, (In compendio Doctoris Morrison, ex opere sinensi Ta-tsing de 1825 extracto, Sinae extensio ad 1.222.819 □ mill. angl. ponitur; et numerus incolarum ad 352.565.992; reditus denique ultra 11 1/2 millions libr. sterl.)

* e G. A. 1837.

Pestini 1836 nati sunt 3067, mortui 4967; et sic 1900 plures mortui, quam nati. Notandum interim; natos israelitas in superiori censu non contineri. — E mortuis 199 ev. c.; 139 helv. c.; 88 gr.

r. n. u. et caeteri catholici fuere. — E natis 128
aug. c.; 79 helv. c.; 11 gr. r. n. u.; et reliqui catho-
lici.

* e H. T.

Numerus studiosae juventutis in Gymnasio
Pestiensi, sub curis sedulis eximii Ordinis Patrum
Scholarum Piarum florente, primo hoc quimestri
scholastico 794 constituit. Hinc 188 Grammatices
classis I-mae; 164 classis II.; 127 cl. III.; 133 cl. IV.
Humaniorum anni I-mi 102; anni II-di 90 sunt.

* e H. T.

Gondolatok.

Lehet-e egy királynak igaz jó barátja? — Le-
het: de csak uly, hogy mikor négy szem közt
együtt vannak, az egyik mindenkor selejtse el, hogy
ő király; a' másik pedig ezt soha se.

A' ki nem tudja mélyen érezni kötelességeit,
annak jussairól sem lehet igaz, és helyes megfogása.

A' ki rabja tulajdon szenvedelmeinek, nem
méltó hogy szabad legyen: mert a' szabadságot
csak a' maga és más ember társainak romlására
fordítaná.

A' hol a' derékség, és jámbor erkölcs szám-
ba sein vétetik, és nem kap díszre, ott a' gonosz-
ság megszünik magát szégyenleni, és minden mer;
mert minden merve semmit sem veszt.

„Adjatok nekem egy olly helyet a' földön kívül, a' hol megállíthatatlan, úgy kitaszítom sarkából a' földet“ mondta Archimedes minden attól tartás nélkül, hogy szavának ura ne lehessen. — De a' kiktől kérte ezt, azok olly kevesé tellyesítheték kívánságát, mint azt, hogy fogaiak közé szoríttsák a' holdat, vagy egy szál napsúgáron felovagoljanak a' Szaturnus' gyűrűjéhez.

E p i g r a m m a.

In sangvinolentos rixatores.

Ardentes furiis homunciones
Diris ungvibus invicem cruentant:
Quis consangvineos negarit esse?

L o g o g r y p h u s.

Graecus erat, celebrem sua quem facundia fecit.
Tolle caput, remanet Graecus — memorabile No-
men —
Cui dederat summi Sapientis nomina Phoebus;
Tolle caput rursus, Graecus tamen usque manebit,
Vanarum contemptor opum sapientiae amore.

Communi benevolorum Lectorum desiderio satis-
facturi, Alveare hujus semestris in duos fasci-
culos partiemur, utrumque indice argumento-
rum providebimus et alterum fasciculum ma-
jusculis literis adornabimus.

N.B. Ad repetitas interpellationes notum reddit Redac-
tio, se adhuc tam ephemeridum, quam Al-
vearis integris exemplaribus servire posse.

Pag. 346. o.9. sensum mutans typi error: sibi corrigendus sibi.

Dialogus bucolicus.

Mopsus et Tityrus.

M. Tityre mi! salve. *T.* Salve carissime Mopse!
M. Quid nobis tam moesta dies praenunciat? eheu,
 Longum iter emensus, dum iugera vestra subirein,
 Stabat adhuc medio Titan altissimus orbe:
 Ecce repente, velut nocturnae flamma lucernae
 Cum rapitur, tetricis plaga tota exhorruit umbris.
T. Illud idem nostros etiam tremefecerat artus,
 Vixque mei sum compos adhuc. *M.* Me ceperat
 horror,

Tityre, siderei ne luminis orbus haberer:
 Nam mihi, dena licet, septenaque lustra recedant
 Aetatis, Superis laus, nunquam evenerat istud;
T. Scilicet a sexta, tristi caligine vultum
 Sol tectus, radios nonam celabat ad horam.
M. Sed quid adhuc vestris praeter morem accidit
 arvis?

Illic rura suis penitus viduata colonis;
 Hic video pavidas, nullo pastore, capellas;
 Crastina, nonne, dies vobis cessura quietem est?
T. Est sacer hic nobis; nec proum dicere, Mopse,
 An plausu potiore dies, an dignus amaris
 Luctibus: at lacrimis intra me gaudia cedunt.
M. Mira refers: duro solatia mista dolore
 Non equidem novi; quae festa adducere possint:
 An pecoris quamdam sequitur spes magna ruinam?
 An laetae segetes, an opimi vinea lucri
 Spem facit? at messis quam multum utriusque re-
 mota est!

T. Nos, Mopse, adslavit diri contagio morbi,
Saeva lues scelerum. **M.** Quid ais? tu plena vigoris
Tityre, corpora habes; et, habent solennia noxae?
T. Nec nos poena manet. **M.** Quae tunc tibi causa
doloris?

T. Eia, quis, insontem si tormenta spectet amicum
Dura pati, similes non sentiat ipse dolores?
Februa, sed longe moestissima Februa nobis
Sunt hodie, ingentisque venit conversio fati,
Quae tibi, quandoquidem nescis, arcana patescant.
M. Rem facies magnam. **T.** Multis offendimus omnes
Flagitiis Regem servi, quos plectere morte
Constituat, digni: fecit; sententia Regi
Firma stetit, mortisque rei damnamur ad unum,
Nemo rogare potis, nemo intercedere. **M.** Nulla
Spes superat, penso, redimendi crimina, lytro?
T. Dives opum, et prorsus nullo placabilis auro est.
Desperata salus; et mors certissima nostrum
Quemque manet. **M.** Sed nec Dominum redamata
marita,

Nec precibus natus flexit, nec nata parentem?
T. Unus erat nostro, cunctorum ex asse statutus
Haeres, Emmanuel (ita quippe est ille vocatus)
Filiolus Domino, cui nostrae magna salutis
Cura fuit: nostris hic illacrimatus acerbis
Casibus, e solio, (cuius, venerabile germen,
Patris amor, viresque, loco potiore sedebat)
Exsiluit, genibusque minor, supplexque tremendam
Placari nobis, in seque poposcerat iram
Converti, quounque modo, quounque piandam
Suppicio. **M.** Quod prodigium bonitatis amice, est

Ille puer, pafre Rege satus, nec fratribus ullis
 Dividui cū iura throni debentur: at illum
 Pro servis quidcunque pati! — T. Fit victima demum
 Pro nobis: sobolem, non nos vindicta scelestos
 Jam manet. M. Et faciet? nec eum tormenta mo-
 vebunt

Visa prope? T. Ah faciem tam dira piacula ferentis
 Cernere! sed lacrimis m hi vox torpescit obortis. —
 M. Spes lactet te, cedo quidem; sed — T. Qualia
 pastor

Gaudia corde sovet, cum caesi dentibus agnum
 Eripuisse lupi datur, et servatur ovile
 Sospes: talis erat, cum nos servarier omnes
 Posse suo audiret letho: M. Quid? talia speras?
 T. Quantus amor nostri specioso sedit in ore!
 Si memini, quae forma viri, quae gratia vultus,
 Corda trahentis erat! cum celsa palatia Patris
 Destituens, nobis haec diceret: este soluti
 Oro, metu, fratres! ita vos dilexit, ut in me
 Dura quidem, Genitor, sed non ingrata petentem,
 Supplicia annueret conflari vestra. M. Stupendus,
 Per Superos, favor ille! scelus quorum ipse piabit
 Rex, fratres vocitat! T. Sed quem confessus amorem
 Et vulto fuit et verbis! M. Quae poena serenis
 Immineat, scitisne? genis; diurna volentem
 Esuries, et anhela sitis torquebit? an illum
 (Nam miserae mortis nec mentio fiet, opinor)
 Arctabit tetrici miserabile carceris antrum?
 T. Proh dolor, et plangor! qua non probrosior
 ulla est,
 Mors tulit insontem: cruce iam requiescit acuta.

M. Ah quid, iamne etiam tristissima scena peracta est?

T. Inde equidem redeo, iamque altera labitur hora,
Ex quo noster amor lumen vitale reliquit.

M. Heu quantum dubius peccavi! Tityre miror
Quae loqueris, nec adhuc novi, num Patris amorem,
Caram progeniem pro servo dantis iniquo,
Anteferam; an sobolis, servorum pro grege vitam
Fundentis. Sed amabo, mihi iam Tityre, fare,
Quo sunt ista loco, quo sunt tortore peracta?

T. Est sacrâ, occiduas Aquilo qua currit in oras;
Collis in Urbe: illic, quorum servare salutem

Venerat, a servis, nostris a fratribus, actus
In lignum ferale fuit; mediusque duorum
Pendet adhuc, veluti fur, aut homicida, latronum.

M. Sed quis eis, talem qui possint perdere, sensus?

T. Ite meae lacrimae — quis enim vel ferreus ista
Seu spectare queat sicco, seu dicere, vultu?

Emmanuel! proh nostra salus! atque omnia nostra!
Deliciumque Poli! quanto vadè nostra salus stat!

Vos ega vos testor, carentia flore ligustra,

Vos, cedri virides, et, amantes litora, myrti!

Vos quoque planxitis nostro paciente sequestro.

M. Nunc primum video, quam sit tibi iusta doloris
Causa, tua et quare vincantur gaudia luctu,
Sed mihi dic: tolerant spectacula talia cives?

T. Quanta hominum circa sunt agmina! qualia probra

Sunt iacta innocuum, dum vita manebat, in agnum!

At, quae forma viris consanguinitate propinquis!

Quis squallor Genitricis erat, dulcissima nati

Corpora suffigi clavis, roseamque venustā
 Aurora in facie longe superantis, et astra
 Tensa super foedo spectantis membra patiblo!
 M. Et Jordanicolas istud vidisse gementes
 Crediderim, vobis incognita Numinā, Nymphas.
 T. Hei memini, nam dulce Tui est in amore mo-
 rari,
 Emmanuel! quo saeva nimis tormenta, subīsti,
 Mirilicus superavit amor: nil quippe renitens
 Tigridibus Te tradebas atrocibus, atque
 Vulnificis contexta rubis diademata sacro
 Vertice tollebas, sannas, ludibria, flagra,
 O dolor! et maledicta animo paciente ferebas,
 Ut posses livore tuo sanare nocentes.
 In cruce distendi permittis brachia; nempe:
 Nos, tua qui meriti fuimus mala, ut amplexeris.—
 M. En, et ego lacrimis, cum narras talia, mano.
 T. Vos ego, vos testor, rigidissima corpora, cautes,
 Vos etiam patientis Heri miseratio movit.
 Tu quoque testis ades, tam longo tempore velo
 Sol, rutilas tam triste genas cooperite! dolore
 Haud alio te convulsum fateare, necesse est.
 M. Tityre, quid memini! decimus tunc ceperat annus
 Me puerum, Caesar, noster Deus, impia quando
 Vulnera sustinuit, spectacula dira perosus,
 Tectus erat simili faciem ferrugine Titan.
 Quis scit utrum pariter non sit Deus iste futurus?
 T. At certe mihi semper erit Deus, atque mearum
 Illius ante aras cadet optima quaeque quotannis
 Agnarum. M. Sed care, vale iam Tityre, tandem
 Ipse etiam festino tuum redamabile Numen

*His oculis spectare. T, Vale delicte senex, et
Compatere insonti, Regumque agnoscito Regem,
Ite domum teneri — sol occidit — ite iuvenci.*

— — B. T,

A' Hassához,

A tiszta érzet lángja ölelte át
Esdő szivemnek búteli rejtekét

A' nyilsebes hatáserővel
És örömkre cserélte búját.

Ha a' fiúnak mennyei érezet
Gerjed szívben, nemde busongani

Nem tud? — 's örömmel nyilnak ajki
Fejtni az édes anyának azt meg.

Édes Hazám! ez mennyei nékem is!

Hol lelhetek szót? lantom erőtlenebb,
Hogy sem zeneghetné Hazámnak:

Milly hű az érzet eránta bennem!
Nagyobb, 's hatalmasb gyermekeid szokott

Bátor szívökkel mennek elődbe nagy
Hatalmad' árját énekelvék

A' köszönétek adódalábúl;
De nyernek is majd éldeletet veled,

Illy honhoz illőt, mint te Hazám! ha a'
Rajzolhatatlan gerjedelmek

Keblököt edzik örömmel érte.
Én meg te hozzád csak dadogón merek

Símulni, mint a' legcsecsemős bike
Egy jó anyának, ki tejével

Férfi erőt csöpöget beléje;

Részvéttem ámbár ígyen igen csekély
 Az éledeletben: — csak legyen azt szabad
 Éldelnem, a' mit bús Ovidnak
 Nem lehetett — keseregve élvén.
 Hazám ! te néked szentelem elsejét
 Remegve elmém' gyenge szülöttinek
 Sőtt életem' folytatát ajánlom
 Égi Hitünknek utánná néked.
 Fogadd sziveimbűl ömledezett dalom;
 'S még életemnek szikratüzét kinem
 Oltandja a' halál' boszúja
 Támaszodat nekem add segédül.

Paułovics,

Inkey Ferencz' közhasznú hagyományja,

Inkey Ferencz cs. kamarás meghalálozván, szerzeményének legnagyobb részét tulajdon leányára, némelly nevezetes legatumait pedig különböző közhasznú célokra hagyá, p. o. több ezer kötetből álló könyvtárát 's hangszeréit a' megyének; ezüstjét, melly többre ment egy mázsánál, az alispáni hivatalnak; 60.000 ftnyi hagyományt pedig a' szegényeknek, olly móddal, hogy ennek kamatjai, (lehuzván a' könyvtár fentartására és szaporítására évenként rendelt 600 ftot 's a' gondviselők fizesetét) a' megyei szegények között évenként kész pénzük osztassanak ki. Ohajtották volna e' megye rendei, ezen 60 ezer ftot a' nép nevelésére fordítani: azonban ezt tenni nem lehete, mert a' végrendelet szavai határozottak 's megkötők. Az alispáni hi-

vatalnak hagyott ezüstre nézve azonban azt végezék, hogy azt elnem fogadják, mi tehát ennél fogva, mint örökös nélküli hagyomány, a' végrendelő leányára esett vissza. — De Inkey Karolina, Horváth Eduard ns lelkü hitvese visszaajándékozá azt a' népnevelés céljára.

A' fiumei szabad kikötő' hajózási 's kereskedési állása a' mult 1835/6-iki évben:

Érkezett terhelt 's üres hajók' száma: 8.170 mellyek' tonnaterhe: 80.598 's az általuk behozott áruk' összes értéke: 1.355.105 p. ft.; — a' tavozott terhelt 's üreseké pedig: 3143; ezek' összes tonnaterhe: 79.007 's a' rajtok kiküldött áruk' együtös értéke: 1.962.510 p. ft., miből kiviláglik, hogy városunkban az 1835-diki november' 1-től, 1836-diki october' 31-ikeig, 3.317.615 p. ftnyi pénz 's illetőleg pénzérték fordult meg; mellyből a' behozott áruk' értékét a' kivittekéből levonván, a' kereskedési mérleg, részünkre 607.405 p. ftban mutatkozik tettlegesnek. — Nagyobb mennyiségű 's értékű behozati áruk valának: a' bor, gabona-nemek; kézi 's gyári művek, 's az olaj; a' kivittek közül pedig: fa, (építésre való átalában, 's különösen hordó-dongák), rongy 's leveles dohány.

Hir - 's Divatlap.

Nem érdeketlen tudni, hogy a' Pesten megjelenő újság és hétilapok a' Rajzolatok közlé-

se szerént hány embert 's sajtót foglalatoskodtatnak; t. i. a' Jelenkor előfizetői száma 3800 — Tudósításoké 1600 — Regélőé 500 — Rajzolatoké 500 — Kémlőé 500 — Ismertetőé 200 — Atheneumé 800 — Mindezek hetenként 15 szedőt, 15 sajtót és 30 nyomót foglalatoskodtatnak.

Az erd. héti lapok kiadója, geographiai helyezetit meggondolva, olvasójí számával megelégszik: Erd. Híradó, N. Társalkodó 's Vasárnapi Ujság olvasójí száma 600. — A' Vásárnapi Ujság külön olvasójí száma 450. — Ezen erd. héti lapok ámbátor csak egy sajtót 2 szedőt 's 2 nyomót foglalatoskodtatnak, de mindezeknek kettőzetet szorgalmu munkásságok, csak ezen erd. lapukban hatarozódik.

**M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA**
Denominatio.

Caeo - Regia Majestas Mathiam Pavlokovich, hucusque Belloparjensem Capellanum, in R. Academia Zagrabiensi Exhortatorem bb. nominavit.

Virtus.

Rény legyen a' virtus: mondotta Kazinczy: 's erény lett;

Elkéstél, Guzmics! hasztalan írod: eröny.

Solutio Logogryphi in Nro 23.:

I s o c r a t e s.

I N D E X

Argumentorum Alvearis Tom. I.

	Pag.
Programma	3
Installatio Canonicorum Posoniensium : Ant.	
Palsoyics, St. Kulissay et Joa, Kremlicska	8
Tempora quandoque mire conveniunt ; e li-	
bro anni 1649	9
Decretum Regis Saxoniae de Censura, atten-	
tione dignum pro iis, qui scribendo utiles	
esse volunt	14
Atrocia in Hispania facinora Anarchiae tri-	
buenda	15
Allocutio SS. Dni nostri Gregorii divina pro-	
videntia Papae XVI. in secreto consistorio	
die 21. Nov. 1836 habita	17
Educatio in Hybernia	20
Putnoki templom felszentelése	22
Novissimae Rom. Pontificum declarationes	
de mixtis matrimoniiis	25. 33. 49
Census natorum et mortuorum Posonii	
anno 1836	32
Praeconisationes Romae	37
Conditio Americae borealis. (Suffragia)	38
Ingens democraticae amicitiae pretium.	43
Pauperes in Europa	45
Administratio instituti cibarii Parisiensis	
anno 1834.	46
Pastor bonus	—
J. Körmöczi, Superintendens †	47
Templum Jesuitarum Leopoli	—
Sic vos non vobis	48
Logogryphus : Psalmus	48
Poligamiae apud Russiae muhamedanos	
sensim minuendi ratio	51

Reflexio de censura Saxonica	52
Exemplum sermonis, quo D. O'Connell ad populum utitur.	53
Paries argenteus in Cathedrali Kasan	56
Feszler	57
Spiritus Seculi	—
Jaffa	58
Templum Hierosolymitanum	—
Collecta pro alumneo prolium militarium alterius sexus Viennae	59
Catholici Missionarii in Imperio Sinensi	60
Salutaria beneficentiae opera Veszprimii	62
Libri in typographia Belnayana venales	63
Literaria Annunciatio memoria digna anti- quarii Philippi Korn.	64
Monumentum Leoni XII. Pontifici per Suc- cessorem Gregorium XVI. positum	65
Religio, mores, educatio, libri, exempla	66
Egy szó Francziaország' erkölcsi állapotjáról	69
Ecclesia dominans in Anglia et Hibernia	73
Aerarium parsimoniale	75
Legata Dni Ign. Gyürky, Medici olim Posonii	77
Parisiorum incrementum	78
Tabella statistica Imperii Austriaci 1836 e fide dignis fontibus	79
Collatae in Gallia Ecclesiae dignitates	80
Anagramma: Januarius	—
Decretum contra propagationem Christia- nae Religionis in Sina	81
Reformationis (relig.) et Liberalismi analogia atque disparitas	83
Miserandus Hiberniae Status	89
Incendium Templi novi S. Petri Londini	90
Portug. Constitutio 1820. 90, 97, 113, 136, 145, 169	
Lupus arguebat Vulpem furti crimine	95
Vallás. Emlékezetek az Istenről, virtusról, örökkévalóságról, Albach után fordította	
A. D. G. Kolosvárt	105

Sensa Dni O'Connell de relatione Ecclesiae in Hibernia ante Comitia 1837-i . . .	110
Hilaria vespertina in Nagy-Abony, instituto Mentemotorum fructificantia . . .	111
Cardinalis Lambruschini ruri valetudinem recuperat	112
Londini diebus Domini rhedae mercenariae cursum sistunt	—
Eppus Albaregal, creatus Ill. D. L. Barkóczy	—
Beszélgetés. Voltaire a' más világról meglátogatja betegségében Lafayettet . . .	118
Merita Ordinis Fratrum Misericordiae . . .	126
Canonici Strig. Joa. Krautmann et Joa. Bekker	—
Statistica Tabella Status Pontificii . . .	127
Beszélgetés. A' Haramia és a' szabadelyű Philosophus között	129
Caussae Polygamiarum in Russia	142
Matrimonia Judaeorum Londini	—
Oblata pro domo laboratoria Nitriae . . .	143
Dr. Scholz Canon, Coloniensis denominatur	144
Anagramma: Labyrinthus	—
Phases Revolutionis	151
Liberalismus ut Fides	152
Dignitatum diversitates	154
N. Mélt. B. Szepesy Ignácz Pécsi Püspök nagylelkü intézetei	—
Szőnyi Iskola	155
Versus in Ill. D. Joan. Scitovszky, Eppum Rosnay., dum Roma dono missa S.	—
Neiti M. lipsana, in suam Cath. Ecclam Dominica 3. post Pentecostes 1836 solemniter inferret	156
Protestatio Praelatorum Hiberniae adversus publica ex aerario Cleri salario	157
Ultimum Napoleonis Domicilium	158
Plebis turba turbas ciere ubique parata	—
Statisticae Notiones (classis britan.)	—
Populi census in Belgio 1. Jan. 1835	159

Capituli M. Varadinensis Cononici Jos.	
Sipos et Franc. Schwarzel	159
Tudós társaságok	—
Marczibányi - intézet	160
Magyar tudós társaság	—
Franczia academia	—
Beszélgetés. Philoxena és Krisztina	161
Instituta benefica educationis puellarum in Russia	176
Logogryphus: Osiris	—
Laquei, qui incautis ponuntur a genio mo- derni seculi. — I. Illuminatio, Lux. —	
II. Libertas. — III. Progressus 177. 178. 193. 209	
D. R. Peel, Rector Universitatis Glasgow. studium classicorum veterum commendat	184
Convictores ad mensam summi Patrisfami- lias, benignissimi Dei nostri	186
Aes campanum hispanicum in Gallia	188
Benedictio futura Metrop. Ecclesiae Agri- ensis	189
De eligendo Archi-Episcopo g. r. n. u. Carlovicensi	—
Inauguratio A. Episcopi Friburgensis	190
RR. D. Jos. Prybila, Abbas et Canon. ab- dicat munus parochiale Posonii; et RR. D. Joan. Kremlicska eligitur	192
Logogryphus: Stella	—
Sermo D. R. Peel in publico convivio Glasgowiae	202. 218. 225. 241
Tabella numerum juventutis, quae scho- las nationales regulares in Districtu li- terario Posoniensi existentes, frequenta- vit, de annis 1834/5 et 1835/6 inter se comparatis, exhibens	207
Numerus Juventutis Instituta literaria Di- strictus Posoniensis anni 1836/7 fre- quentantis, cum numero praecedentis anni comparatus	208

	Pag.
Gymnasium majus Belényesiense	208
Logogryphus: Moravia	—
A' végső kérdés	223
A' magas iskolamester-társ	—
RR. D. Mich. Horvatich Lector Capit. Zagabriensis nominatur	224
S. Simonistae in Aegypto. „Ut cibraret“	232
Societas musica Posoniensis	233
Mélt. és főtiszt. Durcsák János vál. püspök elhunyt Egerben	238
Helyébe Boldogságos Szűz prépostjáva Báró Bémer László választatott	339
Tartler János kir. tanácsnok úr szülekkiránti fiui tisztelete	—
Logogryphus: Funda	240
Quid Hiberni Anglis	245
Brassica monstrum	246
Pugna singularis inter : et ;	247
Magno veniens donum	—
Auctum ferri pretium	248
Bibliotheca Caesarea Petropoli	—
Funes e filis et nervis Aloës	—
Circul. A. Eppi Dublin. de precibus ex abrupto recitandis	240
Polgárisodás' állapotja Sidneyben	250
Literaria Annunciatio: Grammatica cunctarum slavicarum et graecarum dialectorum etc. Auctore Greg. Dankowsky	25
Libertas Liberalismi	25
De nominibus Christiano convenientibus in Baptismo imporentis	26
Decretum Sultani de instituendis quinquies per diem precibns	26
Nova Seelandia nunc	26
Magnificum Bibliorum Manuscriptum	27
Inauguratio Catholico-Ecclesiasticae Academiae Varsoviae	27
Ill. D. Joan Marich, el. Eppus Scuttariensis obiit	17

Epigramma de Hebraeo sure	272
Ujonzás, Reform. Fondor és Divati	173
De lingva in cultu divino publico Ecclae adhibenda	279, 295, 309, 326
Ingens furum Londini frequentia ac temeritas	287
Poena Bibliopolae Londini	288
Zagrabiae Nic. Mallich mortuus est	—
Epigramma in mulierem lingvarum studio deditam	—
Epigramma Tivadarhoz, hogy tékozló sia miatt ne busúljon	—
Juveniles fanatici	289
Principiis obsta	303
Veritas	—
Ductus ferrei Parisios inter et Bruxellam	304
Epigramma de ludimagistro et discipulo	—
Miles Regi non Factionibus subsit	305
Antidotum contra obtrectationes	316
Domus Poenitentium in Poitiers	—
Collegium Romanum	318
Restitutum oculorum lumen Ducis Sussexiae	—
Praepositura Maj. in Dioecesi Vaciensi	—
Episcopo Joa. Sztankovits confertur	319
R.D. Jos. Somogyi de Perlak in Pres- byterum consecratur	—
Epigramma de Dionysio Tyranno et gratulantibus	320
Fultonis tentamina	321
Cultores scelerum	325
Novum in Vaticano Museum antiquitatum	—
Liber de furum artibus	326
Festum Annunciationis B. M. V.	330
Ill. Dno Eppo Rosnav. Devotio filialis ab Ign. Zvolenszky	335
Nuncium Paginarum: „Szemlélő“	336
Aequalitatis in Civitate mechanismus	337
Lex de custodiis Cobaeratorum) in Anglia	340

	Pag.
De decreto, quo Princeps Carolus e solio Hispaniae excluditur	347
Scelesti Conjuratorum instrumenta	348
Ad remos damnati in Gallia	350
Magyar és Erdélyi bányák termése	—
Fenséges Főherczege Jószef Magyar Ország, Nádora' dicső Neve Napjára	351
Magyar tudós társaság	352
Epigramma de virgine et proco	—
Ode Exc. Ill. D. Jos. Vurum, Eppo Nitri-ensi, dum festum Patroni sui recol- ret, oblata	353
Propugnaculum mobile	358
Novissimum Constitutionis Hispanicae pro- jectum (1837)	359
Jó feltalálás	362
Coloniae Hebraicae in Sibiria	363
De divitiis foed Status bor. Americae	364
Educatio inferioris sortis populi in Anglia	365
Scelesti sanctissimā ludibrio habent	—
Impopulatio Imperii Sinensis	366
Ratio mortuorum et natorum Pestini 1836	—
Numerus studiosae juventutis in Gymnasio Pestiensi 1836	367
Gondolatok	—
Epigramma in sangvinolentos rixatores	368
Logogryphus: Isocrates	—
Dialogus bucolicus. Mopsus et Tityrus	369
A' Hazához	374
Inkey Ferencz' köszhasznú hagyományja	375
A' fiumei szabad kikötő' hajozási 's kereske- dési állása a' mult 1835/6 évben	376
Hir-'s divatlapok	—
Math. Pavlokovich Exhortator Zagrabiae nominatur	377
Virtus: erény; erőny.	—

